



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Disptatio Prima, seu Proœmalis. De Theologia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

DE DEO DIVINISQUE PERFECTIONIBVS DISPUTATIONES THEOLOGICÆ.

AUCTORE
R. P. THOMA COMPTONO
E SOCIETATE IESV.

PRO O E M I V M.

DE M aggredimur, & suâ amplitudine majestatique sublimem, & sublimitatem perquam difficilem. De supremo quippe Numinis agendum, quod quamvis existere, ipso rationis ductu constet, Universumque tot linguis, quot in se res diversas continet, testetur, ejus tamen naturam proprietatesque pro dignitate declarare arduum adeo est, ut humanae mentis vires penitus excedat, nullusque omnino sit, quantumvis ingenii acumine dicendi facultate praestans, qui tantarum rerum magnitudine oppressus, suam & in intelligendo imbecillitatem, & in eloquendo infantiam non agnoscat. Quis enim aquilinis adeo oculis hunc Solem contuetur, ut acies non vacillet? Quis tot se tamque sublimium perfectionum captui imparem non fateatur. Beatarum nempè mentium tantummodo, celiisque civium est irreverso lumine divinos hosce radios excipere, fixoque obtutu in infinitate illius lucis contemplatione persistere. Eorum tamen, qui tot jam labentibus seculis res Theologicas tractarunt, exemplo, diuturnaque, cui refragari nefas, in Scholas inducata consuetudine permotus, nonnihil his etiam de rebus, quantumvis altis & reconditis, Fide duce, Patrumque insistendo vestigiis, dicere conabor.

DISPUTATIO PRIMA, SEV PROOEMIALIS.

De Theologia.

SECTIO PRIMA.

Theologie notio, & necessitas.

I.
*Theologia
nominis quid
significetur.*

THEOLOGIA, si nominis etymologiam spectemus, aliud nihil est, quam, *de Deo sermo*. Unde Metaphysicus, quod sermonem de Deo instituat, Theologus subinde nuncupatur. Imò ipsis etiam Poëtis, qui Divini Numinis laudes & encomia suis adumbrare carminibus tentarunt, à summis Viris, ipsisque adeò Sanctis Patribus, hæc interdum appellatio tribuitur. Qua-

re S. Augustinus lib. 18. de Civit. c. 14. Orpheū, Musum, & alios, Theologos nominat; quod scilicet, quamvis falsa veris miscendo, de Deo distarent; eiusque perfectiones & excellentias ad Par-

*Quibusdam
tribuebatur
nomen Theologis.*

Hac tamen latè hujus vocis acceptione omissa, Theologia hodie non aliam quam sacram, ac de Deo, eiusque proprietatis, perfectionibus, & attributis, revelatam doctrinam significat; qua natura vires excedens, solum divinâ ope, hautoque ē celo lumine, acquiri potest. Quo sensu, Fidem etiam, imò præcipue, complectitur: utpote que non solum sacra est, sed sacra doctrina, seu Theologis

*Scribitur hoc
die summa
Theologia.*

2 TOM. I. Disp. I. De Theologia.

Sect. I.

logie, ac scientia de Deo, prout nunc in Scholis traditur, basis & fundamentum. Hinc insuper S. Joannes Evangelista praeterea ceteris Evangelistis, Theologi nomen est sortitus; quod scilicet Christi divinitatem clarius multo quam reliqui, expresserit, ac declarabit.

III.
De qua
Theologia
hic agatur.

Theologia
mundus.

IV.
De necessi-
tate Theo-
logia.

Ad Hebr. 11.
v. 6.

V.
De Theo-
logia Schola-
stica hic est
Sermo.

VI.
Theologia
singulis non
est necessaria
immediata.

VII.
Est tamen
necessaria
mediata.

VIII.

Theologia vero, seu sacra doctrina, quam hic tractandam suscipimus, non est Fides ipsa, sed media quedam, ac veluti mixta scientia divinam inter & humanam; quippe quae de rebus agit, captum quidem nostrum excedentibus, earum tamen notitiam tum ex dogmatibus per fidem revelatis, tum ex principiis aut naturae lumine innotescitibus, aut labore & industria comparatis, deducit: cuius id munus est, ut fidei mysteria, & in seipso clarius quis faciliterque percipiat, eademque aliis declarando, ipsos vel ad assensum iis praebendum, si necdum Fidem sunt amplexi, vel ad firmius constansque illis adherendum si fideles sint, inducat. De hac proinde loquitur S. Augustinus lib. 14. de Trinit. cap. 1. *Huius, inquit, scientie tribuitur id, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, robatur.*

Ad secundum quod attinet, Theologia scilicet necessitatem; Notandum primò, sermonem hic esse de Theologia propriè sumptu, seu de scientia ex actibus fidei, principiisque naturalibus deduceta. Si enim quis de Theologia latè dicta, seu Fide, loquatur, certum est eam ad salutem esse necessariam: *Sime Fide namque impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accidentem ad Deum quia est, & invenientibus se renunerat sit.* De quo plura in materia de Fide.

Notandum secundò: vel loqui nos de Theologia posse secundum se, & quoad substantiam, ut aint, vel prout modò ab auctoribus tractatur, singuli scilicet illa ratione ac methodo, in quam à Magistro sententiarum primò redacta est, & postea à S. Thoma, & aliis mirum in modum illustrata, Vocabatur Theologia Scholastica: de qua plura fecit, sequente.

His positis, certum est primò, Theologia scientiam, ne quidem quoad substantiam, singulis esse ad consecutionem salutis necessariam. Ratio est clara: rustici enim complures, rerum Theologorum rudes penitus & ignari, utpote in agris fere semper, & inter pecora degentes, fidei tamen articulos firmissime credunt, fanatisque Ecclesia Sacramentis muniti, feliciter ex hac vita decadunt, & salutem consequuntur. Et de primitiva Ecclesia ait Apostolus 1. ad Corinth. 12. v. 29. *Nanquid omnes Doctores?* Qui tamen sine hac scientia salvabantur.

Addo tamen, quamvis Theologia cognitio his non sit necessaria immediata, seu ut ipsi eam calleant; esse tamen, moraliter loquendo, necessariam illis mediata, seu ut sint in Ecclesia nonnulli hac scientia instructissimi qui fidei articulos ex se obsequios ac difficiles, variis propositis rationibus redant credibiles, dubiaque omnia quae vel ex proprio cuiusque ingenio occurrente, velare deamonis suggeri, vel denique ex hereticorum perversitate proponi possunt, diluant atque dissolvant: tot enim telis expositi, si hujusmodi literatorum hominum præfatio destinuantur, & gr̄e subsistent; sed nisi Deus peculiariter iis ope & auxilio adiutor, succumbent tandem, & fidei iacturam patientur. Quod aperte probat sacram hanc doctrinam, Iesu Theologian, esse in Ecclesia moraliter necessariam.

Secundò non minus certum est, Theogiam,

prout modò in Scholis tractatur, quamvis imprimitus utilis sit, & ad veritates fidei illustrandas plurimum conferat, nec toti Ecclesiæ, nec ulli particuliari homini esse ad salutem necessariam. Ratio est: nam ante Magistrum sententiarum tempora, qui circa annum Christi millesimum, centesimum, quadragesimum quintum Theogiam in hanc formam & methodum reduxit, Ecclesia floruit, mediusque sufficientibus, & ad suos in rebus fidei instruendos, & ad hostium vim propulsandam fuit instruenda, plurimique salutem sunt adepti.

Tertiò tandem dico, mihi probabilius videri cum P. Arriaga hic d. 1. f. 4. doctrinam Thologiam, ne quidem quoad substantiam, absolute & simpliciter esse necessariam, ita ut sine ea subsistere Ecclesia non possit. Ratio est: nam vel esset necessaria ad fidem primò amplectendam, & convertendos infideles, vel ad fideles in ea retinendos; sed ad neutrum hoc munus est necessaria Thologica scientia: ergo, non ad primum; quid enim vetat, rudem quempiam, propositis cum brevi aletia declaratione, qualis etiam ab ignaro Theologo adhiberi potest, fidei articulis; quid inquam, vetat, eum, divinâ illuciente gratia, qua facient quod in se est, nunquam decet, assensum iis præbere & amplecti? Imò id in infidelium conversione sepè contigisse vidimus, hodiisque inter fideles, pueri parentibus mysteria fidei hoc modo proponentibus, fidei adhibent, & rusticis credunt Parochis, qui tamen frequenter vel nullam omnino, vel exiguum admodum habent Theologiam notitiam. Quod si quis brevem illam & simplicem fidei declarationem Theogiam appellat, qua questionem fecerit de nomine.

Secundum etiam, quod scilicet ad fidem retinendam non sit absolute & simpliciter necessaria Theogia, probatur: quisquis enim à fide, quam semel amplexus est, dimovetur, liberè dimovetur; ergo potuisse illam retinere; ergo huic, ut in fide persistat, non est simpliciter necessaria hac Theologica scientia. Quod argumentum de singulis, atque adeò de omnibus fieri potest; sicut in materia de gratia ostendam cum, qui singulas tentationes vincere potest, posse physice vincere omnes: quamvis sicut isti ob graves, qua intra diuturnum saltum tempus occurrit, tentationes, succumbet aliquando, & tot fatigatus molestis, in peccatum tandem incidet: ita in præsentis, ob gravissimas qua contra altos & obscuros fidei articulos occurrit frequenter difficultates, si non esset in Ecclesia hujusmodi scientia, qua technas illas & fallacias retexere, offusaque hominum mentibus tenebras dispergere ac dissipare posset, plerique, imò fortassis omnes, saltum secundum ordinarium divinæ providentia modum, è fide exciderent, & Ecclesia penitus labefactaretur. Hoc tamen solum probat, Theogiam Ecclesiæ, non simpliciter & metaphysice loquendo, sed moraliter esse necessariam. Quod, & nihil aliud vult S. Thomas hic q. 1. a. 1. corp. dum ait, sacram & per revelationem habitam doctrinam, esse hominibus ad salutem necessariam.

Hinc sequitur, multò minus necessariam esse Theogiam ad illas fidei veritates intelligendas, qua naturæ lumine innotescit; ut Deum esse, mundique esse fabricatorem, ac res omnes creatas ejus nutu regi, curaque ac providentiâ administrari, & cetera. Quamvis ad hæc etiam citius & plenius cognoscenda, in iis præsertim qui tardioris obtusiorisque sunt ingenii, plurimum conferat Theogia.

Dividitur

Magister
Sennentia-
rum floruit
anno Chri-
sti 1145.

Theologia
non est Ec-
clesia sim-
pliiter ne-
cessaria, sed
tanum mo-
raliter.

X.
Ad fidem re-
tinendam
requiritur
absolute
Theogia.

Que sit
Theologia
necessaria.

XI.
Minus re-
quiritur
Theogia
ad illas do-
tes Verita-
tes, qua-
tiones na-
turem non
excedunt.

Theologia Scholastica vis, & utilitas. Sect. II. 3

XII.
Dividitur
Theologia
in Positivam,
Scholasticam, & Mo-
ralem.
Dividitur porro Theologia in *Positivam*, *Scholasticam*, & *Moralem*. *Positiva* in Scriptura Sacrae interpretatione tota versatur: ideo vero dicitur *Positiva*, quod scriptura loca explicando, Theologiae Scholasticae ponat fundamenta, quae scilicet divino verbo in his conclusionibus deducendis, erundique veritatis maximè innititur. *Moralis* ad mores pertinet, casuumque resolutioni attendit. *Scholastica* explicabitur sectione sequente.

SECTIO SECUNDA.

Theologia Scholastica natura, & utilitas, ejusdemque contra Sectarios defensio.

I.
*In Ecclesia
sempre ex-
sistit Theolo-
gia.*

NULLO non tempore in Ecclesia extitit Theologia, utpote que ab ipsis Christianæ religionis ac fidei primordiis, longo jam annorum, imo saeculorum, traictu ad nos usque, nunquam intermissione cursu, devenit. Non tamen eadem semper fuit illius tradenda ratio: quamvis namque id fibi præfixum haberent omnes, ut per eam mysteria fidei (quod Theologia, ut diximus, munus est) illustrarent, olim nihilominus fusore, & quodinde ferè sequitur, confusione dicendi genere, modoque ad conciones potius quam scholas accommodato, à suis auctoribus tractabatur.

II.
*Theologia
Scholastica
in quo dif-
ferat ab an-
tiqua.*

Jam vero Theologia Scholastica, licet iisdem, quibus antiqua, utatur principiis, divinæque Scripturae testimoniis, decretis Conciliorum, & Ecclesiæ sanctionibus, Sanctorumque Patrum auctoritate, velut fundamentis nitatur, hac tamen omnia è ratione & methodo pertractat, ut & clarius percipi, & facilius retineri possint. Quæ enim in Patrum scriptis sparsa hinc inde continebantur, nec nisi labore lumino ac desfatigatione inventi poterant, ita eruditorum hominum opera ad certa quædam capita sunt redacta, suoque loco singula & ordine digesta, ut ea quicunque in promptu semper habeat, possitque sine difficultate & molestia pro libitu percurtere.

III.
*Theologia
Scholastica
disputandi
modus.*

Accedit brevis quidam & concisus, quo in scholis jam utuntur Theologi, loquendi ac disputandi modus, qui quod strictor, eo nervosior; quippe qui paucis multa complectitur: nec fusa, atque in longum protracta oratione, & quasi eminus, sed pressè & cominus pugnat: dumque ad certas omnia leges, praescriptaque argumentandi formam severè exiguntur, & ad hanc velut ad lapidem lydium singula explorantur, fucatum à vero, adulterinum à sincero; virtutum ab integro facile fecernitur. Hinc invicta veritas vis ac splendor emicat, jucundissimisque suis radiis intuentum oculos oblectat: inde vero falsitas, quantumcumque speciosis, artificiosissimè contextis verborum involucris obtegatur, patet illico, & te nebris, sophismatum scilicet latebris, in lucem eruta, ab omnibus exploditur, coque tertior ac deformior appareat, quod eminentia veritatis integumento occultata, & furtivis ornata pennis, alienum sibi fulgorem adsciebat. Denique nihil suo calculo firmat Theologia, quod non solidis nitatur rationibus, argumentorumque vi & pondere comprobetur, reliqua ut spuria rejicit & supposititia.

**Falsitas, So-
phismatum
latebris oc-
cultata.**

Hinc atrox illud Sectariorum in Theologiam Scholasticam odium, in quam proinde acerbè inveniuntur, remque maximè perniciem pronunciant,

R.P. Compton Theol. Scholast. Tom. I.

& à scholis atque hominum cœtu penitus ablegandam; quod nimurum hac stante, frustra se quidquam contra fidei dogmata moliri ac machinari perficiant, technasque suas omnes & argutias, si illius momentis expendantur, nullius esse momenti deprehendi, ac velut umbras ad solem evanescere. Hinc Lutherus Theologiam nihil aliud quām *infestationem, inanemque fallaciam esse* affirmat, *reticet dif-
plicet Theo-
logia Schol-
astica.* *Sectariorum
in Tholo-
giam con-
victus.*

Principem, doctrinæ vitæque sanctitate toto orbe clarissimum, inter septem phalias ira Dei numerat, gravissima hominibus mala inferentes. Calvinus etiam, aliquæ hujus temporis hereticis, eandem acriter infectantur, nullumque finem faciunt probbris eam & convitius impetendi. Sed quemadmodum, ut dici solet, *laus est Laudari à Laudato viro, ita ab istiusmodi hominibus, qui & propter factos errores, & contumaciam, ab Ecclesia proscripti sunt, & ob nota sceleris ac flagitiæ infames, nullum decus aut vituperium est vituperari.* Imo non in postremis nobilissimæ hujus scientiæ laudibus ponendum existimo, quod illos hostes habeat & impugnatores.

Sectariis hac in parte dicem se & antesignanum

V.
*Erasmi te-
meritus.*

præbui Erasmus, homo prophanus & præcepis, qui ex innata animi audacia, dicendi libertate, in quævis cæco quadam impetu se ingessit, unde & hanc, quam non intellexit, scientiam, confutatam dicacitate vellicare & carpere coepit: imo, ut ait Salmeron, *multi injuriosi verbi, & atrocibus contumeliis eam est confectans.*

**Salmer. To.
i. Proleg. 12.
§. Denique
inter.**

Nec mirum si hac in re procaciorem se ostenderit Erasmus, & in propugnatrice fidei Theologiae impotendo perniciose hereticis præverit exemplo, cum & Fidem ipsam impugnandi, ansam illam præbuerit, facis scilicet codicibus vim infrendingo, variaque Divini Verbi testimonia temerario planu austu ad sensus parum sanos detorgendo. Quanvis enim nihil affirmaret ipse, sed dubitando tantum procederet, interrogando nimurum num hæc aut illa Scriptura loca tali vel tali modo (perstinentibus quidem illis & Orthodoxa fidei, scilicet quæcumque de istis tenet Ecclesia, contrariis) intelligi non possent, digito fontes, aut sentinas potius, ostendit, unde luctuosa illa Sectariorum huius temporis doctrina profluxit, quæ facta colluvie totam fænum inundavit Europam. Lutherus siquidem quæ ambigido scriptis suis inferuerat Erasmus, avide atripiens, ex illius dubiis suas formavit assertiones, faculentasque cudit heresies, & innumeros homines veneno suo inficit. Hinc nihil eo tempore perulgatus, quām *Erasnum posuisse ora, & Lutherum inæ exclusisse basilico.* Imo Erasmus dubitando, & Lutherus asserendo, ita se se invicem referabant, & in codem veluti conspirare videbantur, ut tunc omnibus effectu ore, *aut Lutherum Erasminare, aut Erasnum Lutherizare.*

**Ex Erasme
dubibus Lu-
therus erul-
assertiones.**

Monuit cum amicis Thomas Morus, qui hominem propter ingenii acumen, eximiasque nature dotes, ac singulariem in linguis ac humanioribus literis peritiam amavit, ut, Divi Augustini exemplo, scripta sua retraharet, & corrigeret: quod quanvis, ut tanto viro deferre videretur, facturum se suscipiat, nihilque sibi magis in votis esse præ se ferret, id tamen non serio ipsum intendisse docuit evenitus; dum enim de die in diem differt, tandem, re infecta, diem clausit extremum, & in frigidis illis defideriis Defiderius extinctus est, manitique in hominum recordatione magna potius fame, quam bonæ.

VII.
*Surius AA.
no 1536.
§. Eodem
anno.*

A 2 Sed

TOMVS I. Sed nec malignitas & pervicacia Lutheri, nec
VIII. Erafmi dicacitas quidquam de Theologia digni-
*Theologiam quisquis im-
petit, solem sagittis fige-
rensiuntur.*

IX. Stat ergo stabitque, nequicquam frendentibus
Theologia munificissimum Fidei propugnaculum.

X. Hinc tanta semper in Christiana Republica cura & solicitude, ut frequentes instituerentur
Quem in fi- nem institu- ta Acad- miz.

Scholaſticos ſcripta ſua refereſcere. Sed hoc, ut
verum eſſet (quod tamē in Scholaſticorum libris
non animadverto) non Theologia, ſed Theolo-
giam traſtantum eſt vitium, ſeu ſcientia, ut in fi-
mili loquitur Ariftoteles, non scientia: & parum
ſanè aequum videtur, ut unius forte vel alterius
culpa in Theologos omnes refundatur; ſicut ſi
pičor inficitę imaginis alicuius lineamenta ducat,
& pro equo aut leone monſtrum formet, non
opinor, dicent id universo pictorum cœtui vitio
verendum: nec ſi Poēta quipiam inſulfum aliquod
carmen pangat, laircam propter ea Poētarum om-
nium capitibus eſſe detrahendam.

Objiciunt ſecundo; incongrue planè ac bar-
bare loqui Theologos, variisque & crassis corum
ſcripta contra corrēcti sermonis regulas erratis
paſſim ſcatere. Non ibo inficias, hujuscemodi
nāvios in quorundam Theologorum ſcriptis inter-
dum reperiſſi; imò nonnulli, ut ſuam hac in parte
inopiam celent, & lingua latīna, quam in primā
ate addiſcere neglexerunt, ignorantiam diſmu-
lent, non multum requiriendū aiunt, quod ſermon-
e utatur Theologus, &, modō res dīcta fanz
ſint ac ſolidæ, nil ci de vobis laborandum; is
namque, inquit, eſt Theologia ſplendor, & in-
natus decor, ut adſcritio ornatū non indiget, ſui-
que mavult, quād alienis coloribus appārere. Et
hoc pacto pergiunt, ad rem attenti, non admodum
de Prifiano ſolicii.

Ait hi parum ſuo honori, parum Theologia
dignitati conſulunt, dum ſcientiam hanc ſcientia-
rum Reginam tam vili lacernā, ex tot fragmentis
confusa & conſarcinata induunt, ac tam ſeſdiſcam
ſordibus aſpergunt. Apud aequos tamen rerum
xſtimatores, nihil hinc de nobilissimā hujus ſcientie
excellentiā & exiſtimatione decedere debet,
nec ob paucorum inficiā, barbara locutionis
nota omnibus inuri, cum plērique ſermonē maxi-
mē conguo utantur, ſuasque lucubrationes terſe
ſatis ac nitidē ſcribant, nec ob res dīcta tantum,
ſed dicendi etiam modum, commendationem me-
reantur.

Objiciunt tertio, Doctores Scholaſticos Theo-
logicis ſuis diſputationib⁹ varias infereſcere quaſtio-
nes Philoſophicas; quæ tamē praxis olim ſanctis
Patribus mirum in modum diſplicuit, nihilque
Theologo cum Philoſophis commercii eſſe volue-
runt. Unde Tertullianus Hermogenem hoc no-
mine acriter reprehendit, inſuperque Philoſophos
appellat Patriarchas Hereticorum.

Ad hoc Repondeo, Philoſophicas disciplinas
Theologia non mediocriter deſervire: ſi enim, ut
reſcē Theodoretus Sermonē de Providentia, *Ar-
tates omnes & ſcientia à iſe invicem poſtulent officium,*
& mutu⁹ ſent auxili⁹, id inter nullas clarissimā quā
inter Philoſophiam & Theologiam cernitur; ob
ignorantiam quippe Philoſophia graves ſubinde in
Theologia oriuntur errores. Exempli cauā, do-
ce Fides eſſe in Trinitate unam *Effientiam*, & tres
Personas: quo pacto hoc explicabit Theologus,
niſi quid *Effientia*, quid *Persona* ſit, imò quid *Sub-
ſiſtentiā*, quid *Relatio* quā una Persona in Divinis
aliām reſpicit, intelligat: haec autem non niſi ope
Philoſophia noſcuntur. Quā etiam ratione, In-
arnationis mysterium, & Unionem Hypoſtaticam
declarabit Theologus, fi quid *Uno*, quid *Hypoſtasis*
ſit, ignoret? quā tamē nullus novit, qui in Philo-
ſophicas disciplinas non eſt veritus. Illae ergo
quaſtiones Philoſophicas, quæ ad res Fidei de-
clarandas videbantur neceſſarie, à Scholaſticoſ olim in
Theologia traſtantur; nunc autem cum Philo-
ſophia

*Theologorū ſcripta re-
bui inutili-
bus eſſere.
ferta.*

*Vniuersi culpa
in omnes in-
iugis reſun-
ditur.*

II. *Objectio:*
*Theologos incongrue
loqui &
barbare.*

*Propofitor
quorundam
ratioſinatio-*

*Paucorum
inficiā ome-
nibus non
imputanda.*

IV. *III Objectio:*
*Theologis
diſputationib⁹
nimis inje-
ri Philo-
ſophica.*

V. *Inter Philo-
ſophiam &
Theologiam
maxima
ſubordi-
natio.*

*Quādam
olim Philo-
ſophica qua-
ſiones in
Theologia
traſtantur*

SECTIO TERTIA.

Seclatorium contra Theologiam Scholaſticam objectiones.

I. *Objectio:* OBIICIUNT primò, quaſtiones varias leves
& inutiles in Theologia, prout nunc tra-
ſatur, diſcuti, rebusque inanibus planè ac frivolis

Sectariorum contra Theologiam Objectiones. Sect. III. IV.

X.
VI. Objec^{tio}
Theologos
novas vo-
ces endere.

Sophia integra per se, & separata à Theologia, tradatur, nil opus hic de Philosophicis differere, sicut nec in hoc opere de iis differam, sed in Philosophia diffusa ac disputata supponam, eoque lectorem remittam.

VI.
Quo sensu
Patres Dia-
lectica usum
improbent.

Quod vero Patres interdum *Philosophie*, & maximè *Dialectica*, usum reprehendere videantur, vel de *Sophistica* loquuntur, ubi captiosis potius verbis, quam rebus agitur: vel eos coargunt qui Dialectica immoderata, aut etiam arroganter utebantur, & non ad illustrandam, sed ad evertendam doctrinam, ecclitum nobis per revelationem traditam, suas scilicet argutias Fidei lumini, verboque & dictione divinae anteponentes. Quo sensu Tullianus *Philosophos appellat Hereticorum Patriarchas*.

VII.
S. Aug. lib. 1.
contra Cre-
scion. c. 13. 14.
15. 16. & 17.
Tomo 7.

Patres ergo non ulrum Dialecticæ, sed abusum improbat; immò moderatum ejus exercitium, etiam in Theologicis disputationibus adhibendum assertit S. Augustinus contra Crescionem, qui non minus acerbè eo tempore, quam Hæretici modò, in Dialecticam invehebatur: ubi sanctus Doctor Paulum Apostolum, Christumque ipsum Dialecticā usos sufficere affirmat. Inter alia vero, hæc de Dialectica ibidem scribit. *Quid est aliud Dialectica, quam peritia disputandi? quod ideo aperiendum putavi, quia etiam ipsam mibi objicere voluisti, quasi Christiana non congruat veritati, & ideo me doctores vestri velut hominem dialecticum, meritò fugiendum censuerunt, &c.* libro etiam secundo de Ordine, c. 13. in Dialecticæ commendatione sic loquitur: *Dialectica, inquit, docet docere, docet discere: sicut scire, sola scientes facere non solum vult, sed etiam potest. Hæc ille. Quia quām ita se habeant, moderatus tamen, ut dixi, & modestus esse debet Dialecticæ usus, non superbus & arrogans: quam proinde quisquis ad ea, que natura vim excedunt, solaque revelatione innescunt, explicanda assumit, minimis debet eam ancillam esse, non dominam; Fidei ministram, non magistrum.*

Cap. 13.
initio.

Tomo 1.

Quælis esse
debet Dia-
lecticæ usus.

VIII.
IV. Objec^{tio}:
Theologos
res supra
naturalia
rationibus
declarare.

Quarto Theologos culpant, quod ad Fidei articulos elucidandos, rationes subinde naturales adhibent, contra mysteriorum tam sublimum dignitatem. Sed eadem opera Sanctos Patres culpent, qui variis similitudinibus à rebus naturalibus petitis mysterium Trinitatis explicare nitabantur. Immò Christum ipsum incusat, qui parabolis exemplique maxime obviis & familiariibus res etiam altissimas declaravit. Gratia nimirum & natura sibi invicem non opponuntur, sed aptè inter se convenient, & ut Gratia Naturam ornat, & perficit, ita hac vicissim Gratiam illustrat, abditissimumque Fidei mysterii lucis aliquid afferit, captiuque reddit facilita.

IX.
V. Objec^{tio}:
Theologos
gentilium
Philosopho-
rum dicta
libris suis
inserere.

Quintò offenduntur, quod Theologi antiquorum Philosophorum dicta quædam suis interdum scriptis inferant, siveque divinis humanæ profana sacræ misceant. At si hoc censeri culpa debeat, quot in eruditissimo illo opere de civitate Deiculpsa admisit S. Augustinus, dum per viginti duos libros infinita iustiusmodi, variamque eruditio ex antiquorum operibus depromptam congerit, qua Christianam Religionem illustrare conatur. Quoties etiam peccarunt alii Patres, apud quos nihil frequentius, quam ut hujusmodi dictis, ubi se offert occasio, utantur? Nec ipse etiam S. Paulus ab hac culpa erit immunis; qui Athenis prædicens, Poëta cupido effatum protulit. Immò S. Augustinus hanc consuetudinem maximè approbat, atque res ad Religionem & Fidem Christianam spectantes, Gentilium dictis illustrare, perinde est, atque ex *polis Ægyptiorum templum adificare Deo viventi*.

R. P. Compton Theol. Scholast. Tom. I

Sectariorum non
vias voces
horrent, no-
vam religio-
nem cunctam
sine scriptis
lo.

Sextò Theologiam Scholasticam trahantibus objicunt, novas eos & peregrinas voces cedere, atque à nullo latino scriptore usurpatas. At quis æquus rerum estimator hoc Theologis vitio dandum existimet? Cùm enim mysteria gratiæ, resque antiquis illis ignotis tractent, quicquamne representatione dignos censeat, si in earum explicazione vobis utantur, iis similiter ignotis? *Novum fecit Dominus super terram;* quid ergo mirum nova ad illud declarandum verba adhiberi? Interim, qui in novis verbis cunctis ad eum sumi religiosi, & ad vocem barbaram toti cohorent, novam nihilominus ipsi religione cudent, ubi pravis ac pervermis dogmatibus homines barbaræ, immò brutorum more vivere edocent, nec hoc sibi vituperio, sed laudi vertendum censem.

VII. Objec^{tio}
Perpetua
inter Theo-
logos esse dif-
fusæ sensæ.

SECTIO QUARTA.

Principia Sectariorum contra Doctores Scholasticos objectione.

Septimò demum, & principiæ objicunt, perpetua inter Theologos ardere dissidia, cunctæ scripta rixis & contentiobus penitus esse refuta, nec ullum inter eos esse altercandi modum: nihil proinde certum, nihil stabile reperiri apud illos posse.

At sanè, Theologorum scripta accurate quis perlegit, videbit in iis que ad Fidem spectant, ne minimam inter illos reperiatur discrepantiam, sed summè esse inter se concordes: quod vero in aliis dissident, quid incommodi? Immò res varie plurimi inde illustrantur, & veritas magis in dies elucescit. Dum enim suas quisque partes tuerit, propriamque pro viribus defendit sententiam; ac veluti *Spartam nautes quam adornet, conquitis unde unde rationibus firmare, omnique eruditio- nis genere excolere, ac veluti ditare nititur, infiniti scientiarum thesauri paulatim congeruntur, disciplinæque omnes ad summum perfectionis apicem perducuntur, suis redduntur numeris absolutæ.*

Siquis vero acriorem se hac in parte præbeat, nimioque abruptus calore, in aliorum opinionibus impugnandis moderationis limites transcendat, hunc ego excessum non approbo; Theologiam enim, non Theologorum quorundam minus considerat rationem procedendi rationem, defendantam suscipio.

Sed innocens sit oportet, qui alteri crimen ob- jicit, ne, quam in alio reprehendit, se reum culpæ constitutat. Mira ergo haud dubiè inter se consenserunt conspirant illi, qui Theologis in Scholasticis suis disputationibus dissensionem exprobrant. Audite. Cùm primùm, canente classicum Lutheri, mollis hæc & delicata doctrina mundo innotuit, adhinnire illicè cœperunt homines voluptrari, quæque à Lutheri dicebantur, prouis au- ribus exceperunt, avitâq; deserta religione, ut carnis oleblastem liberius fruerentur, in ejus disciplinam ultro concesserunt, immò ruerunt præcipites, fordidisque illius præceptionibus se totos imbuendos tradiderunt.

Vix tamen nata est hæc secta, quin statim, & ab ipsis fere incunabulis, in alias plures fuerit dis- secta. Primò itaque in tres illas solemniores fe- Ætariorum classes, *Anabaptistas, Confessionistas, & Sacramentarios*, velut in tria capita, est divisa, atque in ipsa propè infantia triceps effecta. Mox ubi adolevit (ut est secunda monstrorum parens Hæ- resis) alia & alia ex se capita protrusit, exiguoque

III.
Theologom-
nes in rebus
ad Fidem spe-
cialiis
perfektæ con-
sensuum.

IV.
Innocens sit
oportet, qui
alteri cri-
men ob-
jicit.

TOMVS I. temporis spatio in triginta quatuor sectas excrevit; nunc verò centum proptermodum diversissime religiones numerantur, ab uno Lutherio prognatae.

VI.
Deprincipis
Fidei arti-
culis dif-
ferti Sectarii.

Hosius lib.t.
contra'Brien-
tium.

VII.
Quibus se
nominiis
appellant
Sectarii.

Simultanei
ter Luthe-
rum & Ca-
rolstadium.

VIII.
Quibus ver-
bis se invi-
cē exscitant
Haretici.

IX.
Lutherus
maledictis
incessit Sa-
cramentarius

Illi vicem
correspondunt.

X.

Calvini in
Lutheranos
convicia.

stusos, caninā improbatate, ac diabolicā superbia imbutos, qui denique & ipsi fascinati sunt, & alios perditis suis erroribus fascinent.

Nec est cur quisquam existimet, in levioribus tantum quibusdam rebus has inter eos ortas esse controversias: de precipuis enim fidei articulis disfident, sibiique invicem Haretici nomen & notam incurrunt. Sic Lutherus libro contra Sacramentarios scripto: *Hareticos, inquit, ferio censimus, & alienos ab Ecclesiā Dei esse Zunglianos, & Sacramentarios omnes, &c.* Et alibi: *Beatus Vir*, inquit, *qui non abiit in Consilio Sacramentariorum, nec stetit in via Zunglianorum, nec sedit in cathedrā Tigurinorum: &c.*

Idipsum præstant reliqui omnes, seque mutuo Ethnicos, Iudeos, Turcas, Atheos, Demones appellant, ac dente plusquam canino lacerant, omnique opprobiorum & convictionum genere, ut mox ostendam, proscindunt. Imò eò usque processerunt odia, ut nec in iisdem se provinciis ferri possent, sed summā vi contendeat quisque, ut alium expelleret, & quam longissimē amandam curaret. Quia in re non inficitur est, quid inter Lutherum & Carolstadium contigit. Seditiosis ille concionibus Carolstadium ē loco quodam ejecerat: haud ita multò pōst Lutherus Orlamundanum, quæ Carolstadii partibus favebat, se contulit, quia in civitate quid sibi acciderit, Lutherus ipse his verbis refert, Orlamundanum, inquit, *cum renissen, bene comperi, quid feminis ipse (Carolstadius) ibi seminariverit, ut gauderem me non lapidibus & fisceribus ejectum fuisse: ubi nonnulli ex eis talēm mibi dabāne benedictionem: Abſcede in mille diabolorum nomine, ut collum frangas priusquam oppidum exieris!*

Vt autem rīxe eorum ac discordia clariū innotescant, non erit à presenti instituto alienum audire tantisper quibus se mutuò verbis excipiāt; quam inquam contumeliosus Lutherani, Calvinista, Anabaptista, Sacramentarii, & alii, quamvis eodem omnes ovo geniti, se dictis impetant & discerpant.

Atque ut ab ipso duce gregis Lutheri ordinar, is ubi in Sacramentarios sēpius acerbē fūsset inveniūt, eos tandem *Perdiabolatos, superdiabolatos, & transdiabolatos* appellat, eorumque linguis penitus in Satana potestate esse affirmat quia cas quoque velit, arbitratu suo inflectat. Illi ut vicem ei rependant, Lutheri os diabolus plenum esse aīunt, verbaque ejus omnia olere dæmonem. Lutherus insuper Zuingliū *Satana Venenum, Carolstadium corporeum dæmonem*, alios alii id genus nominibus vocat, furiosoque impetu in omnes pro libidine fertur, probrisque & contumelias exagit. Sed *Qui que vult dicit, ea que non vult, audiet.* Alii vīcīssim eum contumacem appellant, petulantem, rixosum, philautū temulentum, lymphatum, somniatorem, qui scilicet vertiginosi post nocturnam crupulam cerebri somnia, visiones interpretetur, & optimè in vino divinet: *procacem, elatum, superbum*; illi denique coloribus depingunt, quasi Lutherum inter & Luciferum, ut voce, ita re ipsa non multum censeant interesse.

Nihilo segniūs hac in parte agunt ceteri, nec minūs in huiuscemodi contumelias excogitandis ingeniosi sunt, aut in inferendis liberales. Ex Lutheranis nonnulli quoddam Calvini dogma severiore censurā notaverant. Calamum ē vestigio in eos acuit Calvinus, mirāque in maledicendo eloquentiam offendit. Eos itaque *rudes, ignaros, fūrosos, tumultuosos, brutos homines* appellat, qui ne guttam quidem ingenii pudoris in se contineant, *Cyclopes, latratores, phreneticos, bestias, protertos, fa-*

*Hosius lib.t,
contra'Brien-
tium.*

Hec & his simili de Lutheranis Calvinus; sed nunquid impune? Nihil in eo Lutherani inventum laude dignum? Audite: Illum ipsi viciūm tyrannum vocant, delirum, perfidum, Epicureum, garrulam, sophistam, furtiles nugas, & jesuinos cavillos jacentem, effrenem, impudentem, scrophantem, falsarium; qui denique si cum sui similibus in mortario contundetur, non unam inde verae Theologie unciam exprimeret.

Unum in hoc genere adhuc exemplum submetam. Inter Sectarios duos, Brentium, & Bullingerum, lis quedam circa religionem fuerat exorta. Ad probra illiē de more profiliunt, quæ à Bullingerō in se profecta sic recenset Brentius. *Ego, inquit, Bullingeri sum rixator, spiritus inflatus, calumnator, scurrilis, laetus, momus, perversor, mendax, impurus, impudens, garrulus, logodædatus, convictior, contumeliosus, jactator, ejector Christi ē caelesti suo throno, blasphemator, vagabundus, furens, levis, leporinus, Eutychianus, sophista, debacchator, &c.* Nec minus hac in re facundum & fecundum præbuit Brentius, sed suiles ei laudes & encomia cum fœnore pro fū modestiā reposuit.

Sic Westphalus Bezan, Calvinus Westphalum, Ochymus Calvinum, & singuli ferē singulos exigitant, ut hoc proprium Sectariorum idioma merito censiū possit. Quorum in se invicem probra, convicia, contumelias, maledicta, opprobria, execrationes, diras, ex parte refert Hosius citatus: & in librum unum, quem Minstromachiam inscribit, ex iis plurima collegit Stanislaus Reclus, ut ostendat quo pacto Ägyptii pugnant contra Ägyptios, & inter malos amicitiam ac societatem esse non posse.

En ut hi Cadmei fratres mutuis se telis confidunt, in nullo præterquam in discordia concordes. Si ergo, ut jam dictum est, *Innocens sit opertus, qui alteri quidquam dat vitios* quæ illi fronte diffensiones nobis objiciunt, atque ē Catholicorum oculis festucam educere conantur, trabem in suis oculis non animadvertere. Nil tamen mirum tot inter eos dissidia, tantamque reperiri animorum disfunctiōnem: dum enim ab Ecclesiā Catholicā, qua firmamentum est veritatis, le segregant, circumferunt omni vento doctrine, & ad innumeris hæretum scopulos alliduntur: veritas quippe una, via errandi infinita.

Quod verò adhuc deterius est, non cum aliis tantum, sed secum quīque in rebus gravissimis, ipsiisque adeo Fidei articulis disfident, prioribusque relictis, alia & alia indies dogmata proculit, credendaque omnibus proponit. Hinc Georgius Saxonius Dux à Catholicis quid ibidem Lutherani crederent, rogatus, *Quid nunc credant, scio, inquit, quid sequenti anno credituri sint, penitus ignor: ita nimur de fide in fidem, de religione in religionem transferuntur.* Quare appositissimè ad rem praesentem S. Hilarius libro ad Constantium & Constantem Imperatores: *Periculum, inquit, nobis, atque etiam mirabile est, tot nunc Fides existere, quot voluntates: tot nobis doctrinas, quot mores, dum auditā fides scribitur ut volumus, aut ita ut volumus, intelligitur.* Sic plurima ceperunt esse fides, ne illa sit, inīo verò annua menstruaque de Deo fides decernuntur, &c. Hac ille de Arrianis, quæ de Sectariis nostri temporis merito dici possunt, qui Morphiē instar in mille, ut dictum est, se Fidei formas transmutant, Religionemque ut vestem sumunt & ponunt pro libitu. Sed de his sat: nunc ad alia pergamus.

S. Hilari. ad
Confaciūm &
Constantīm Imp.

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
infinita.*

*Mira inter
Sectarios in
articulis Fi-
dei incon-
stanciā.*

*Calvinum
paribus ex-
cipiunt pro-
bris Luthe-
rani.*

*Alliorum
Sectariorum
convicia.*

*Mira bare-
ticorum
jurgia.*

*Quād va-
nē Sectariorum
Catholicis
diffensiones
objiciant.*

*Veritas una,
via errandi
inf*

SECTIO QUINTA.

Quidnam sit Theologiae objectum.

LOGICUM, ut in Logica dixi, est quasi obiectum, quod, se illis objiciendo, cosdem sifstat ac terminet, ne in incertum vagentur. Ut vero objecta singula singulos actus, ita certa objectorum series singulas scientias, quae ex variis semper actibus coalescunt, sifit, certisque limitibus coercent. Ex nullo proinde melius, quam ex objecti cognitione, scientia innoscit; ut ergo Theologia naturam ac proprietates clarius dignoscamus, omnium primò de illius objecto inquirendum.

IL. Ulterius ex Logica notandum, Objectum esse

triplex, Aggregationis, Attributionis, & Principale. Aggregationis objectum, seu totale, est illud omne de quo in scientia aliqua tractatur, estque aggregatum quoddam ex omnibus partialibus objectis constitutum. Unde sicut Objectum Aggregationis Logicae vocatur *Ens Logicum*, Physicae *Ens Physicum*, &c. ita Objectum Aggregationis Theologiae est *Ens Theologicum*, illa nimirum omnia, de quibus in Theologia instituitur disputatio, quantumvis inter se maxime diversa.

III. Objectum Attributionis illud est, de quo in aliquā scientiā agitur, & ad quod cetera omnia referuntur, que in illā scientiā tractantur. Objectum denique Principale alicuius scientiæ est dignissimum & nobis illimum objectum de quo in illā disputatur; non tam semper est Objectum Attributionis, cum reliqua omnia illius scientiæ objecta ad illud non referantur. Sic objectum Principale librorum de Cœlo sunt Intelligentia, sphærarum cœlestium motrices, non tamen sunt horum librorum objectum Attributionis; nec enim alia quæ in illis libris tractantur, ad Intelligentiarum, sed haec ad aliorum cognitionem in tractatu illo ordinantur, eoque solum fine de Intelligentia ibidem agitur, ut inde cœlestium globorum motus, mutuique concursus & occursus melius dignoscantur. Videatur Logica locis citatis, ubi quo pacto objectum differat à subjecto, aliaque ad objecti notitiam spectantia, fusa disputantur; hic namque ea repeterem, nec otium est, nec animus.

IV. Prima Conclusio: Objectum Principale Theologiae est Deus. Nulla hac de re esse potest controversia, cum constet, Deum cetera quæ in Theologia tractantur, infinitis gradibus excedere, utpote qui & rerum omnium creaturarum perfectiones longe eminenti modo in se contineat, & alias insuper sibi proprias superaddat, quæ in nullâ, quantumvis perfectâ creaturâ, reperi possunt.

V. Secunda Conclusio: Deus etiam est Objectum Attributionis Theologiae: ita auctores communiter, fecuti S. Thomam hic Q. i. a. 7. remque bene declarat P. Franciscus Venerus hic, Disp. i. cap. 2. n. 8. Ratio est, quia ut n. 3. notavimus, illud est objectum, seu subjectum Attributionis alicuius scientiæ, de quo in scientiâ illâ disseritur, & ad cuius cognitionem cetera omnia quæ in illâ tractantur, referuntur, sed & de Deo in Theologia tractatur, (quod ipsum Theologiae nomen sonat, Theologia enim idem est, ut suprà diximus, ac de Deo sermo) & cetera omnia, de quibus in hac scientia disputatur, ad Deum referuntur, vel tanquam ad Principium, vel finem, ut constat, Ergo.

VI. Dices primò: in Theologia de vitiis agitur & peccatis; haec autem ad Deum non referuntur, nec tanquam ad principium, cum Deus corum auctor & causa esse nequeat; nec tanquam ad finem, pec-

cata quippe à Deo avertunt, hominésque ab ultimi finis adiectione impediunt; Ergo omnia de quibus in Theologia tractatur, non referuntur ad Deum.

Respondetur, aliud esse, peccatum ad Deum, aliud, peccati cognitionem ad Dei cognitionem ordinari. Dico itaque, peccati notitiam duobus modis ad plenorem Dei notitiam conducere, sicque licet non in esse Entis, ut aiunt, in esse tamen *sabilius*, ad eum referri. Primo ergo ex peccati & virtutis consideratione, virtutis splendor & pulchritudo magis unicuique innoteat, indéque Dei ad virtutis exercitationem excitantis, hortantis, & propositis etiam præmis invitantis, bonitas & perfectio. Secundò, Dei excellentia & sanctitas non parum ex eo commendatur, quod rei tam fœda ac turpis auctor esse non possit.

Dices secundò: Theologiam demonstrare dari Numen aliquod supremum, seu Deum, ejusque existentiam ostendere; nulla autem scientia objecti sui existentiam probat, sed aliunde probat vel traditum supponit. Resp. Esto à scientia hoc non exigatur ut objecti sui existentiam probet, nil tamen verat ut id fiat. Imò Aristoteles 2. Post. c. i. docet, ad perfectam rei cuiusque cognitionem, quatuor esse inquirenda: *An sit*, *Quid sit*, *Quale sit*, & *Propter quid sit*. Ergo ab exacta scientia alicuius tractatione alienum non censet, ut in eâ objecti existentia probaretur.

Terter Conclusio: Objectum Attributionis Theologiae est Deus, ut *Deus*, seu sub conceptu Deitatis præcisè, & non sub ratione aliqua magis limitata. Ita S. Thomas hic q. i. a. 7. Scotus q. 3. Henricus in Summa, a. 19. q. 1. Rich. q. 6. Prolog. Aureolus q. de subjecto, a. 4. Major q. 7. Cajet. hic, q. i. a. 7. Capreol. q. 4. a. 1. Bannez hic, q. i. a. 7. Canus l. 12. de locis Theol. c. 2. Zumel hic, q. i. a. Valen. i. p. tom. I. q. i. p. 3. Molina hic, a. 7. Valq. hic, d. 10. c. 5. Granado hic, d. 2. n. 10. Tanner. i. p. disp. i. q. 3. dub. i. n. 7. Arrigai. p. d. 1. f. 1. subf. 2. n. 8. & alii. Ratio est: quavis enim in diversis sui partibus Deum sub variis particularibus rationibus confidet Theologia, ut in prima Parte per modum Creatoris, alibi per modum Salvatoris, Glorificatoris, &c. hæc tamen omnia ad Dei secundum se, ac prædicatorum ejus intrinsecorum, cognitionem pertinent, & ut universa ejus attributa plenè habeamus explorata.

Objicies: Cognitionem quam per Theologiam de Deo acquirimus, ordinatur ulterius, nempe ad eum amandum, seu ad charitatem; Ergo Charitas est objectum Attributionis Theologiae, & illud in ordine ad quod omnia in Theologia cognoscuntur. Respondetur, licet Theologiae conclusiones de

Deo ejusque perfectionibus aptè sint ad amorem Dei excitandum, sicut actus omnes potentia cognoscitiva ad excitandum appetitum, hinc tamen solum sequitur, amorem Dei, seu charitatem, esse finem remotum & extrinsecum Theologiae, non intrinsecum, quemque directè & primariò intendit: scopus enim illius immediatus & primarius est, ut homines ad Dei, ejusque Attributorum & perfectionum, notitiam inducat. Sicut licet agricultura, seu scientia quam homines habent de terra exercenda, serendis legibus, herbis & arboribus plantandis, &c. ad humanae vite sustentationem ordinatur, haec tamen sustentatio non est objectum agriculturae, nec finis ejus intrinsecus, sed extrinsecus tantum, & remotus, & sine qua tota hæc scientia perfectissimè consistere.

VII.
Quomodo
peccati co-
gnitio ad
Dei cogni-
tionem con-
ferat.

VIII.
*An scientia
Objecti sui
existentiam
probare pos-
sit.*

IX.
Objectum
Attributio-
nis Theo-
logiae est Deus,
ut Deus

X.
Objectum
Charitatem
esse Objectum
Attributio-
nis Theo-
logiae

*Quodnam sit Objectum, seu ratio formalis,
sub qua Theologia Deum attingit.*

II.
*Ratio sub
qua non est
finita in
actu, infini-
ta in Ob-
jecto.*

III.
*Nec est na-
turalis, aut
supernatu-
ralis cogni-
tio princi-
piorum fidei.*

IV.
*Rem esse co-
gnoscibilem,
visibile, &c.
sunt deno-
minationes
intrinsicæ.*

V.
*Varia in re-
bus singulis
reperiuntur
seculitatem
objectiva.*

VI.
*Assignantur
ratio forma-
lis sub qua
Theologia.*

VII.

I N hac quæstione, prout ab auctoribus tractatur, confusione plurimum video, utilitatis parum; eam proinde quam possum paucissimum expediam.

Nonnulli itaque rationem *sub qua* Theologia Objectum suum attingit, esse aiunt finitatem ex parte actus, infinitatem vero ex parte objecti. Sed contra, ergo omnis scientia de Deo erit Theologia, cum actus sit finitus, objectum infinitum. Contraria secundum, Theologia namque de variis objectis tractat mere finitis.

Secundo volunt alii, rationem, *sub qua* in objectum suum fertur Theologia, esse principia revelata, prout naturaliter, ali prout supernaturaliter cognoscuntur. Sed neutra responso satisfacit: primo enim, non ex solis principiis Fidei, sed ex altero principio naturali deductio Conclusio Theologica. Secundo, actus Theologicus non elicitor ex principiis fidei reflexè, sed directè cognitis; unde alterius principium est ipse actus fidei, quo objectum revelatum cognoscimus, & immediate in illud tendimus, non actus qui immediatè tendit in actum Fidei, mediatè in veritatem revelatam: sicut alterum illius principium est cognitio veritatis aliquius naturalis, non alia cognitio que supra hanc cognitionem reflexit.

Terter res hæc clarior percipiatur, notandum hinc obiter, quod in Logica, disp. 2, sect. 2, fusius sum prosecutus, nemp̄ rem esse cognoscibilem, visibilem, &c. non esse tantum denominationes extrinsecas provenientes à cognitione & visione possibilibus, (quamvis & has denominationes ab illis accipiant) sed esse aliquid rebus intrinsecis, per quod redundunt aptæ, ut à variis potentias & actibus percipientur. Imo nisi intrinsecam hanc aptitudinem sibi innatam, ac secum identificat̄ haberent, non posset denominationes illas accipere ab extrinseco. Sic sonus non est visibilis, nec audibilis color, quia hæc prædicata, seu attingibilitates objectivas secum non habent identificatas, & propterea nullus actus possibilis auditionis color, nec auditibilis, nec actus visionis denominare potest visibilem.

In rebus ergo singulis varie dantur hujusmodi perceptibilitates, quamvis nec à se invicem, nec ab aliis prædicatis realiter distinctæ, per quas diversarum potentiarum, actuum & habituum tendentia distinguntur, & à quibus scientiarum specificatio commodissime desumitur: ut latius dictum est in Logica, loco citato. Hoc posito, sit

Prima Conclusio: Si propositio deducta ex duabus præmissis de fide, sit actus fidei (ut fere habet communis Doctorum sententia) & non Conclusio Theologica, sed is solus actus sit Theologicus, cuius una præmissa est fidei, altera principium aliquod seu actus naturalis: si, inquam, in omni actu Theologia hoc reperitur, ratio formalis *sub qua* Objecti Theologæ erit vel una formalitas ex parte objecti, actu modum hujuscemodi tendendi habenti, respondens, vel duplex in unum objectum formale coalescens, (sicut animal & rationale convenienti ad constitutandam essentiam hominis) quarum una est aptitudo seu referibilitas quam objectum illud habet ad actu fidei, altera ad actu scientie naturalis, vel opinionis, cùm, ut dixi, hujusmodi actus semper sit alterum principium seu præmissa Conclusio Theologica.

Dices: Cū haec formalitates, in quibus rationem formalem *sub qua* Theologia constituimus, identi-

ficate sint cum objectis, in quæ actus Theologici tendunt, sicut objecta ipsa specie & genere differunt; eodem etiam modo inter se necesse est differentia formalitatis; ergo non assignamus unam aliquam rationem *sub qua*, sed plures specie & genere diversas. Resp. Hanc difficultatem cōmunem esse omnibus sententiis: sive enim ratio hæc *sub qua* constituitur in naturalitate, sive supernaturalitate juxta quorundam mentem, ut supra vidimus, cum naturalitas hæc & supernaturalitas identificantur cum objectis, quo gradu objecta, eodem ipse different, sicut genere & specie pro ratione objectorum. Imo non in Theologia tantum, sed in omni omnino scientia hoc contingit: in nulla quippe assignari potest objectum formale à rebus, de quibus agit scientia illa, distinctionem; cùm ergo res sint diversissima, objecta etiam formalia erunt maximè diversa, & ad summum in unā ratione genericā convenient. Idem dici debet in Theologia.

Quares, si Deus ea tantummodo quæ ad creaturas pertinent, seu principia Physica, quibus modo in discursibus Theologici utimur, revelaret, nihil vero de scipio, utrum in eo casu datur Theologia? Respondet P. Granado t. p. d. 2. n. 8. & P. Arriaga hic, d. i. f. i. n. 10. futurā quidem tunc Theogiam, cùm ex unā veritate naturali revelatā, & alia per scientiam naturalem cognitā elici posset conclusio, in quo, ut diximus, consistit essentia actus Theologici. Addunt tamen, Theogiam in eo casu futuram diversa rationi à nostrâ, cùm non Deum, sed objectum Physicæ haberet pro objecto *Attributionis*.

Hæc responso vera est, si solum discurrat illa scientia de rebus naturalibus creatis, & ex unā veritate revelatâ aliam naturalem deducat. Si tamen ex unā veritate naturali revelatâ, & alia de Deo, non per revelationem, sed lumine naturali habitâ, conclusionem quis eliciat, & hoc modo de variis Dei perfectionibus discurrat, aliaque & alia ejus attributa & perfectiones, ut potest, investiget, non video cur hæc Theogia non ejusdem sit rationis cum nostra, cùm Deum habeat pro primario objecto, & sola differentia inter nostram modò Theogiam & illam est, quod principia naturalia, quibus nunc utimur, tunc forent revelata, & principia revelata de Deo cognita forent naturaliter. Verum est quidem, non esset illa Theogia extensivè tanta, ac modò est nostra, cùm plurima, quæ nunc de Deo & mysteriis gratis habemus, non discursi naturali, sed solo Fidei lumine, & per revelationem haberi possint.

Quares secundum: positâ illâ sententiâ, quam disp. 50. Log. sect. 4. cum aliis defendi, quod scilicet idem actus elici possit ex principiis evidentiis, obscuris, & probabilibus, seu esse Scientia, Fides, & Opinio: quares, inquam, si utraque præmissa sit hujusmodi, seu actus Fidei simul & Scientia, vel Fidei & Opinios, utrum conclusio ex istiusmodi actibus deducatur, sit Theologica? Respondeo affirmativè: verè enim procedit ex alterâ præmissâ Fidei, & alterâ per principium naturale habitâ, in quo, ut dixi, discursus Theologici essentia consistit: nec obstat, actus illas alias etiam in se formalitates complecti, modò istas simul cum illis retineant.

Secunda Conclusio: si propositio deducta ex duabus præmissis de Fide, sit actus Theologicus, ex ultimo cum P. Arriaga hic d. i. f. i. subf. 3. n. 10. non posse assignari unam rationem *sub qua* objecti Theogia. Ratio est, quia cum in hoc casu actus Theogia non haberent eundem modum tendendi,

Dices: hoc modo una assignari unum objec- tum for- male.

VIII.
*Quid si Deus
nihil de scipio,
sed sola
principia
Physica re-
velaret.*

IX.
*Possit in illo
casu Theolo-
gia esse ejus-
dem rationis
enarratio.*

X.
*Quid si nu-
trahat præ-
missas si-
mul actus
Scientie &c.
Fidei de-
duci-*

XI.
*Secunda
Conclusio.*

tendendi, sed longè diversissimum, non appetet in quo hujusmodi ratio objectiva constituitur, ut ex dictis tota hac sectione videtur manifestum.

SECTIO SEPTIMA.

Vtrum Theologia sit scientia.

I.
Multi actus
in Theologia
sunt mere
probabiles.

CERTUM in primis est, varios in Theologia reperi actus non scientificos, sed solum probabiles; illos nimur omnes, qui, quamvis ex una premisâ certissimâ, acut scilicet Fidei, deducantur, alteram tamen habent solum probabilem: ut in his, & similibus: Christus est homo: sed homo habet ubicationem & durationem distinctas, potuit esse ab eterno, potest producere se secundum, &c. ergo Christus habet Ubicationem & durationem distinctam, potuit quoad humanitatem esse ab eterno, producere se potest secundum, &c. Quæ conclusiones Theologicae sunt, & tamen solum probabiles, quia minores propositiones in his discursibus sunt tantum probabiles, utpote de quibus inter peritissimos quoque Philosophos & Theologos non mediocris est controversia. Quia ergo est, quando principium naturale, ad quod simul cum actu Fidei sequitur conclusio Theologica, est evidens, utrum conclusio hæc sit veræ & propriæ scientia.

II.
Conclusio
Theologica
non est clara
& evidens.

Dicendum primum: si per scientiam intelligatur id, quod Dialectici omnes cum Aristotele intelligunt, actus scilicet clarus & evidens, Conclusio deductâ ex una premisâ de fide, & alterâ naturali evidente, non est propriæ dicta scientia, cum in se non habeat claritatem ad scientiam requisitam. Ita Valentia hic, q. 1. p. 3. §. 1. Molina, q. 1. a. 2. d. 3. Vafq. 1. p. d. 4. c. 6. Tannerus 1. p. d. 1. q. 2. d. 3. Arriaga d. 1. f. 2. subf. 1. P. Vekenus hic, Disp. 1. cap. 2. contra Canum 2. de locis, Alexandrum 1. p. q. 1. memb. 3. Zumel 2. q. 2. Conclus. 3. Bannez d. 1. concl. 2. Granadum 1. p. d. 6. n. & alios.

III.
Ratio à priori
cur actus
Theologicus
non sit clara
& evidens.

Ratio à priori est; cum enim Conclusio claritatem suam ex eo hauriat, quod intellectus inter se connecti duo videat, quia illa clarè connexa vident cum medio, hanc autem cum medio connexionem non videat, nisi per premissas, si altera premissa sit obscura, ex vi illius nihil videre potest clarè, sed solum obscurè: obscuritas quippe non magis parere potest claritatem, quam tenebra lucem. Hinc orton axioma illud Dialecticorum: Conclusio (in iis quæ ad certitudinem & evidentiam pertinent) sequitur debiliorem partem. In quam rem plura dixi disp. 49. logicæ sec. secunda.

IV.
Respondent
aliqui, Theo-
logiam esse
evidentem
mediante.

Respondit P. Granado d. illa 6. non esse quidem Theologiam evidentem immediate, alterum enim ex Conclusionis Theologicae principiis est actus fidei, essentialementer obscurus, esse tamen evidenter mediata; quia nimur subalternata est scientia Dei & Beatorum, per quam cognoscunt illi clarè, quicquid nos cognoscimus per fidem & discursum Theologicum. Cum ergo, inquit, Conclusiones Theologicae supponant mediata principia illa clara & evidenta, atque ad illa tandem reverentur, conferi propterea possunt evidentes, sive & Theologia jure dicitur propriæ dicta scientia.

V.
Clara Bea-
torum co-
gnitio non
redit ad us
nos Theo-
logicos cla-
res.

Sed, præterquam quod Theologia non sit subalternata scientia Dei & Beatorum, ut ostendam sectione 12. qua quæso ratione clarius inde objecatum aliquod Petrus cognoscit, quod à Paulo clarè cognoscatur, nisi aliiquid claritatis ex cognitione illa evidente Pauli in Petrum derivetur? nec enim

lumen, quod unius intellectui inest, illustrat intellectum alterius; siis nimur quisque oculis videt, non alienis: ergo quantumvis Beati clarè aliquid videant, non ideo nos illud clarè cognoscemus; si principia nostra cognitionis sint oblitera. Unde si quis mihi navem exempli causâ, appulisse dicat; non mihi inde nascitur illius rei evidens; quamvis id ipsi constet, cum oculatus illius testis sit; sed obscurè solum id cognosco, & tantâ certitudine, quanta est auctoritas dicentis. Quare communis est omnium sensus, eum, qui artis aliquius principia per seipsum non penetrat; sed ab alio tantum tradita accipit, & hoc modo ex iis operatur, non esse censendum artificem. Sic S. Thomas q. 2. de virtutibus, a. 13, ad 6. Memoriter, inquit, tenens conclusiones Geometrie, non habet Geometrie scientiam, si non proper media Geometrie affentiatur, sed habebit conclusiones illas tanquam opinatas. Hæc Sanctus Doctor.

Dicendum secundum: Si per scientiam aliud non intelligatur, quam actus certus, quamvis obscurus, in Theologia plures reperiuntur Conclusiones scientificæ, & ratione illarum; Theologia dico-prefest Scientia: ita Valentia, Vafq. & alii n. 2. citati: qui hoc & non alio modo S. Thomam afferunt Theologiam vocari scientiam. Ratio est, nam utraque premisâ in variis discursibus Theologicis est certa, actus scilicet Fidei divina, & principium naturale evidens; ergo in Conclusionem Theologicam refudent certitudinem; ex nullo quippe capite veritas in hac conclusione contenta potest deficere. Erunt quidem ha Conclusiones obscuræ, ut dixi, quia altera premisâ, utpote fidei, est essentialementer obscura.

Ex hactenus dictis sequitur, jure ab omnibus rejici sententiam Francisci de Marchia, qui nostram Theologiam dicebat esse veræ & propriæ scientiam & evidentiam, inquit hanc evidentiam haurire ab ipsis principiis fidei, quæ Theologo in hac vitâ, non certa solum esse ajebat, sed evidens. Verum hæc sine fundamento dicuntur: Fides enim, ut ait Apostolus, est argumentum non apparentium; & quotidianâ experientia confit, nil clarè cuiquam immotescere quod solum novit ex relatione alterius, & ob meram dicentis auctoritatem. Quare Valentia hic, q. 1. p. 3. Vafq. d. 4. n. 3. Tannerus hic d. 1. q. 2. d. 3. n. 3. & alii hanc Marchia opinionem non falsam tantum esse affirmant, sed improbabilem, temerariam, erroneam, & in fide periculosa.

SECTIO OCTAVA.

Sítne Conclusio Theologica, naturalis,
an supernaturalis.

P. Vazquez hic, d. 4. c. 8. n. 23. Bannez q. 2. f. 3. Navarrete Controv. 8. Granado hic, d. 5. f. 2. & alii affirmant Conclusionem Theologicam esse naturalem.

Probabilis tamen mihi videtur, illam esse supernaturalem, idque non solum quando utraque premissa est actus fidei divina, & supernaturalis, (si is sit actus Theologicus, & non potius Fides) sed etiam quando altera tantum premissa est actus fidei, altera vero actus naturalis evidens: ita Scotus in 3. d. 34. & 35. q. unica, Canus 1. 12. de locis, c. 3. Concl. 2. Molina hic, q. 1. a. 2. d. 1. & Suarez 3. p. 10. 2. d. 19. f. 3. §. Dico secundum ait esse valde probabile. Fonseca lib. 3. Metaphysica, c. 1. q. 6. fcc. 8. Zumel q. 1. a. 8. q. 4. Tanner. hic d. 1. q. 4. d. 1. n. 2. dicens esse communem sententiam.

Ratio,

I. Sententia
Francisci
de Marchia.

II. Conclusio
Theologica
est supra-
naturalis.

TOMVS I. Ratio est, tum quia hoc ad majorem Theologiam excellentiam, nobilissimamque scientiam dignitatem pertinet, maximè cum nihil afferatur in contrarium, quod magnopere urgeat: tum quia effetus qui per se à causa intrinsecè supernaturalem penderet, est supernaturalis; sed actus propriè Theologicus penderet à causa supernaturali, altera scilicet præmissa fidei divinae, ut omnes communiter docent contra Patrem Vafquez qui hic, q. i. a. i. n. 9. affirmit principium actus Theologici non esse fidem infusam, & supernaturalem, sed acquisitam & naturalem. Cum ergo ab hujusmodi supernaturali principio necessariò penderat Conclusio Theologica, videtur planè debere esse supernaturalis. Praterea, nisi penderet per se à principio supernaturali fidei, non haberet certitudinem illam, quam omnes cum S. Thoma in actu Theologico requirunt: actus quippe fidei naturalis est incursus, & talis, qualcum habent heretici; unde conclusio omnis ab illo deducta, erit similiter incerta.

III. *Dignitas Theologiae requirit ut sit supernaturalis.*

IV. *Quomodo producatur primò Conclusiones Theologicae.*

Actus naturalis Fidei est incursus.

V. *Objecit sequi Conclusionē Theologican fore certiorum alterā præmissā.*

Dico itaque, proposito debitè objecto, per actum scilicet fidei divinae, & principium evidens naturale, Conclusio Theologica supernaturalis, que veritatem aliquam ex his præmissis dedit, elicetur vel per concursum supernaturalis extrinsecum, vel ab ipso habitu fidei & vi nativæ intellectus, simul ad actum illum producendum concurrentibus. Unde sicut actus fidei & principium naturale ad Conclusionem illum determinant in genere causa formalis, ita corundem actuum principia ad eandem determinant in genere causa efficientis, illum scilicet physicè causando. Actusvero Theologicos productos sequitur habitus Theologicus, similius postea actuum productivus: qui qualis sit, & quo pacto fiat, dicetur sectione sequente.

VI.

Actus non semper èd certior, quòd perfectior.

Objicit primò P. Granado hic d. 5. f. 2. n. 6. Certitudo conclusionis minor semper est certitudine cuiuscunq[ue] præmissæ, ut ostendi in Logica, d. 49. f. 2. n. 8. 9. & 10. ergo Conclusio Theologica non potest esse supernaturalis; sic enim est perfectior, & consequenter certior præmissa evidente naturali; principium enim naturale nullo modo dici debet in certitudine superare actum supernaturalis.

Sed contra: Principium illud seu præmissa naturalis superat in evidencia actum supernaturalis, nempe fidei, non obstante hujus supernaturalitate: quid ergo incommodi si superet alium actum supernaturalis in certitudine. Non ergo actus, quòd perfectior, èd semper certior; unde & Conclusio Theologica, quamvis ob prædicatum supernaturalitatis, quo in altiore ordine collocatur, sit quovis actu naturali in perfectione superior, nihil tamen feciis multis actibus seu principiis naturalibus esse poterit in certitudine inferior.

Objicit idem secundò, d. 5. f. 4. n. 18. Deum ad illos solummodo actus supernaturalis præbere concursum, qui conducunt ad vitam æternam, seu ultimum finem supernaturalis consequendum: cum ergo actus Theologici non sint hujusmodi, nullo fundamento ad illos auxilium quis supernaturalis requisiverit. Rep. Licet actus Theologici per se non sint virtutes, cum tamen peculiarimodo ordinentur ad fidem, virtutum omnium fundatum, conservandam, habeantque specialem cum ea connexionem, peculiaris etiam est ratio cui ad illos singularis ejusmodi & supernaturalis concursus præbeatur; cuius ulterius, ut suprà dixi, indicum est, quòd ad has conclusiones eliciendas requiratur principium unum supernaturalis, actus

scilicet fidei divinae, qui simul cum actu evidente naturali ad illarum productionem determinet. Unde magis hac in re consequenter locutus est P. Vafquez suprà n. 3. citatus, qui, cum Conclusionem Theologicam ponet in entitate naturali, utrumque illius principium seu præmissam posuit similius naturalem, accum scilicet naturalem evidentem, & actum fidei, non infusa & supernaturalis, sed acquisita.

Ad Eudem conservandam peculiarior ordinatur Theologia.

SECTIO NONA.

Quid de habitu Theologico sentiendum quoad supernaturalitatem.

Ubi,
An hereticus esse posset Theologus.

HACTENUS de actu Theologico, nunc de habitu quadam subjicienda; circa quem non minorem video inter autores dissensionem quād de actu, aliis cum supernaturalem statuentibus, aliis naturalem & acquisitum. Fonseca verò lib. 6. Metaph. c. 1. q. 6. sec. 8. quamvis Theologiz habuit affirmit esse in entitate supernaturalis, at nihilominus cum actibus nostris acquiri, sicutque esse quoad substantiam supernaturalis, naturalem quoad modum. Quod etiam dicere videtur Christopherus Gillius lib. 1. Theologia tract. 4. c. 12. n. 6. & septimo.

I.
Varia de Theologia habitu sententia.

Ego juxta duplum modum circa actus Theologici productionem sectione precedente, n. 4. positum, duplum etiam philosophandum censio de habitu. Primò itaque, si dicatur, actu Conclusionis Theologicae physicè produci ab habitu fidei & vi nativæ intellectus, existimo non esse opus ut detur habitus Theologiae supernaturalis, cum semper adit principium supernaturalis sufficiens, habitus scilicet fidei. Sicut tamen dum quis elicit frequentes actus fidei, generatur in ejus intellectu habitus acquisitus naturalis fidei, per quem promptus redditus & expeditus ad discurrendum circa illa mysteria; idem dicendum de habitu naturali & acquisito Theologiae, cuius beneficio una cum habitu fidei similes postea actus supernaturales Theologicos cum facilitate elicunt, ubi tribuendo singula singulis, habitus fidei dat posse simpliciter actus illos elicere, habitus Theologiae elicere facile.

II.
Sitne habitus Theologicae naturalis, aut supernaturalis.

Sin verò malit quis sequi priorem modum ibi assignatum, ac dicere, Conclusiones Theologicas primò elici, non ab habitu supernaturali fidei, sed per concursum Dei supernaturalis extrinsecum, necessariò concedendus est habitus supernaturalis Theologiae tanquam principium permanens, per quod similes postea actus eliciantur.

III.
Modus declarandi, quo pacto habitus Theologiae sit supernaturalis.

Queres, utrum hic Theologia habitus sit infusus, an acquisitus? Resp. nec esse infusum propriè, nec acquisitum; sed medio inter utrumque se modo habere. In duabus ergo habitus infusis imitatur: primò, quòd sit supernaturalis: secundò, quòd non à nobis per actus nostros, ut in habitibus acquisitis contingit, sed à solo Deo efficienter producatur. In multis verò ab habitibus infusis differt habitus Theologiae: illi enim, utpote ad salutem necessarii, in baptismō toti semper quoad extensionem infunduntur; deinde augmentur sive fine actibus ad illas virtutes spectantibus, ut si quis elicit actum obedientię, augetur intensivè non habitus

IV.
Sitne habitus Theologicae infusus, an acquisitus.

In quo Theologia habitus differat ab habitibus infusis.

X.
Nonnulli
concedunt
peccare
ticum esse
Theologum.

habitus tantum obedientia, sed temperantia, continentia, justitia, & aliarum omnium virtutum infusarum; cum enim sequantur gratiam habitualem, & haec per singulos actus meritorios cuiuscumque virtutis augatur, una etiam cum ea augentur virtutes omnes infusa, quae, ut in prima productione, ita & in augmentatione, sunt concatenatae, & quo gradu crescit gratia, eodem & ipse crescent semper, & intenduntur.

V.
In quo habitus Theologus imponitur habitus acquisitus.
Habitus vero Theologia, quamvis supernaturalis, cum tamen non sit ad salutem necessarius, nec infunditur in baptismino, nec nisi studio & labore paulatim & per partes acquiritur. Si enim, ut affirmat Suarez To. 2. in 3. p. d. 19. l. 3. §. sed queres, Beatisima Virgo, quamvis Theologia habbitum perfectè infusum, & non dependentur a suis actibus, seu discursu acceperit, non tamen habuit ab initio totum, etiam extensivè, sed per partes, & prout diversis atibus conveniebat: id nobis à fortiori accidet, qui hunc habbitum non nisi posito studio tanquam dispositione seu conditione recipimus, sive singulis diversis conclusionibus Theologicis singulæ partes habitus illis correspondentes infunduntur.

VI.
Quo modo Theologiae habitus defraudatur.
Hec de habitu Theologici productione. Quoad ejusdem destructionem, sicut virtutes morales infusa, cum in gratia fundentur, peculiare que cum ea habeant connexionem, non nisi illa destruta amittuntur: ita cum Theologia à fide in productione pendeat (altera quippe præmissa ad quam sequitur actus, & pars habitus Theologici actui illi respondens, necessariò esse debet fides divina, ut ostensum est) non nisi destruta per actum infidelitatis fidei, amittitur.

VII.
Habitus ex eo quod habitus Theologicus sit supernaturalis.
Per quæ, vitantur incommoda omnia que contra supernaturalem habitu Theologici infert P. Granado disp. illa 5. l. 3. n. 19. sequi scilicet, infantes recens baptizatos, esse Theologos: rusticum qui sedulè virtutem exercet, intensiore habere Theologia habitum, quæ habeat doctissimus Theologus, qui his in studiis totam vitam impendit: si minus fuerit in pietate colenda fervidus, sive pauciores habeat gradus gratia: rustico infundi à Deo habitum, cuius nullus unquam illi futurus sit usus; & alia id genus, quæ, si habitus Theologia eo quo dixi modo producatur ac destruatur, nihil in se continent difficultatis.

VIII.
Hareticus esse negatus Theologus.
Hinc quod secundum in sectionis hujus titulo propositum, clare constat, Hareticum esse non posse Theologum, ne quidem in iis rebus, i. quibus ab Orthodoxis non dissentunt, cum per quemcumque actum heresis, fides tota, quique in fide fundatur supernaturalis Theologia habitus amittatur. Unde non habet is principium sufficiens ad eliciendum actus certos, sed incertos tantum, ut pote qui non fide divinâ & infallibili, sed humana & fallibili nituntur, quales solos fidei actus elicit hereticus. Quare S. Dionysius lib. de Divi. Nominib. cap. 2. ait, *Theologum non esse, qui non est fidelis.*

IX.
Vnde in hereticis proveniat facultas diffundendi Theologicas.
Facilitas autem illa, quam in exercendis Theologicis actibus experitur is, qui in uno aliquo punto à fide excidit, cetera Catholicus, illa, in quaum, facilitas à naturali Thologia habitu procedit, qui producitur vel ab actibus naturalibus Theologicis, qui una semper cum supernaturalibus elicuntur, vel ab ipsis actibus supernaturalibus: de quo latius dixi in libris de Anima, disp. 31. sec. 2. dñm de habitibus supernaturalibus.

P. Valq. tamen hic q. 1. a. 1. n. 9. conformiter

ad sua principia ait, hareticum posse esse Theologum, non habitu tantum, sed etiam actu, & varias conclusiones verè Theologicas, in iis rebus in quibus non est hereticus, elicere. Alii vero, quamvis cum P. Valq. affirmant habitum Theologia esse naturalem, & consequenter hareticum, in quo polo amissam fidem talis habitus remanet, esse in actu primo Theologum, negant tamen posse Theologum esse in actu secundo: aiunt enim habitum Theologiae, pro diversâ objecti propositione per naturalem scilicet fidem, vel supernaturalem, actus certos, vel incertos elicere. Unde sicut in physica agens aliquod calidum, vel luminosum, quod melius applicatur passum, eò effectum perfectiorem, plus scilicet caloris vel luminis, producit: ita in agentibus intentionalibus, quod præmissæ, quæ sunt quasi quadam objecti applicatio, sunt perfectiores, eo perfectiore elicunt conclusionem.

*Alius modis
defendendi,
hereticum
non posse
esse Theolo-
gum.*

SECTIO DECIMA.

De Vnitate, certitudine, & præstantia Theologiae.

I.
*Vnitas habi-
tus pendet
ab unitate
actuum.*

FACILIORA sunt hæc, quæ proinde paucis expediunt. Quoad unitatem ergo Theologiae, cum non sit melior modus habitus alicuius unitatem dignoscendi, quam ex unitate actuum; ut habitus Theologici unitas clarius innoscatur, inquiremus quæ sit unitas actuum, quantaque inter illos sit similitudo vel inconvenientia: quod vero hoc in re dicimus de actibus, id quicquid dicunt putet de habitibus.

II.
*Theologia
latissimè
sumpta,
non est una
scientia.*

Dico primò: Si Theologia latissimè sumatur, & prout aliquo modo in Deo, beatis, ac viatoribus reperitur, actus continet plurquam genere distinctiones. Unde hoc modo accepta, dici nequit una scientia, ut constat.

III.
*In viatori-
bus actus
Theologici
specie distin-
guuntur.*

Dico secundò: Etiam in viatoribus, si actus qui ex diuabus præmissis de fide deducuntur, non sint actus fidei, sed Theologici, specie differunt ab actibus illis Theologicis, qui ex uno principio de fide deducuntur, & altero naturali: ac proinde habitus ad hos actus secuti, specie similiter inter se distinguuntur. Ratio est, quia actus sequuntur naturam principiorum; sed horum actuum principia essentialem distinguuntur: ergo.

IV.
*Pro primi-
piorum di-
versitate
varianter
conclu-
siones.*

Dico tertio: Loquendo de iis solis actibus, qui ex uno principio fidei, altero evidente naturali deducuntur, quot sunt principia naturalia specie distincta, tot etiam sunt specie distinctæ conclusiones Theologicae, quæ inde inferuntur. Ratio est eadem quæ in precedente conlusione: diversitas enim principiorum parem diversitatem efficit in conclusionibus. Idem etiam mihi videatur de altero principio, actu scilicet fidei: specifica enim diversitas in illo, specie quoque diversam reddit conclusionem. Unde etiam conclusiones, quæ ex diuabus præmissis de fide inferuntur, differunt pro diversitate præmissarum.

V.
*Quo pale
Theologia
sit una sci-
entia.*

Hinc infero, Theologiam esse unam scientiam unitate tantum extinsecā, quatenus scilicet actus ejus omnes & habitus, quamvis inter se diversissimi, ad unius Dei tanquam objecti Attributionis cognitionem, sub eadem ratione formalis, ut supra declaratum est sec. sexta, referuntur.

VI.
*De certitu-
dine habi-
tus Theolo-
gici.*

Quoad secundum, de certitudine scilicet actus, & consequenter habitus Theologici, Pater Valq. 1. p. q. 1. a. 5. n. 12. afferre videtur, nec actum, nec habitus Theologia, actus aliarum scientia-

rum

TOMUS I. *rum in certitudine superare, in modo esse illis longe
hac in re inferiores. Nec mirum est, ipsum hoc
de Theologia assertere, utpote qui hic q. 1. n. 9.
& clariss. d. 5. c. 3. ait, assentum Theologicum nisi
propositionibus fidei, non fide divina & superna-
turali, sed naturali & acquisita creditis: unde ait,
Theologiam, prout est habitus gignens, explicans,
ac defendens divinam fidem, vocari posse opinio-
nem.*

VII.

*Actus ex
duabus pra-
missis fidei
dicitur,
est certi-
ficius.*

Dicendum nihilominus, si conclusio deducta
ex duabus premisssis fidei sit actus Theologicus,
habitum Theologiae ratione hujusmodi actuū
certiorem esse quacunque scientiā naturali, quan-
tumvis clarā & evidente. Ratio est, quia firmo-
ribus nūtūtī principiis, actibus scilicet fidei divinae,
actus autem fidei divinae certior est quoconque,
etiam primo principio; & citius dubitarem utrum
sol meridie luceat, quem oculis lucentem video,
in modo utrum totum majus sit suā parte, &c. quām
utrum detur Trinitas Personarū in eādem esen-
tiā divinā, utrum Christi corpus realiter in Eucha-
ristia prælēns existat: & sic de aliis fidei articulis.

VIII.

*Certi-
tudo
actus Theo-
logici ex al-
terā premis-
sā naturali
deducta.*

Si vero sermo sit de conclusione Theologicā,
qua ex alterā premisā fidei divinae, alterā naturali
evidente deducitur, ex ultimo illam, cum minus
certa sit quām principium illud evidens, ex quo
deducitur, (ut de ejusdem actus claritate dictum
est suprā sec. 7. n. 3.) ex ultimo, inquam, hunc
actum in certitudine superari posse à nonnullis acti-
bus scientiā alicuius naturalis; illis minirū, qui
ex duabus premisssis procederent, quarum utraque
certior esset & evidenter, quām sit præmissa illa
naturalis, ex qua deducitur conclusio Theo-
logica.

IX.

*Diffi-
culty
circum
certi-
tudinem
actus proprie-
tatis Theo-
logici.*

Dices, quantacunque sit certitudo principiū al-
icuius naturalis evidenter, ad certitudinem tamen
actus divinae fidei non accedit; ergo conclusio de-
ducta ex alterā premisā fidei, alterā evidente na-
turali, certior videtur quacunque conclusione, qua
ex duabus premisssis naturalibus quantumvis evi-
dentibus procedit: hoc enim complexum, *actus
fidei divinae & principium naturale evidens*, est in cer-
titudine perfectius quoconque complexo constan-
te ex illis duabus premisssis naturalibus simul sum-
ptis; sed præmissa naturalis evidens, ei adjuncta,
nihil de illius certitudine minuit, & sicut insuper
superaddit, ergo ha duæ præmissæ certiorē eli-
cient conclusionem, quām illæ præmissæ naturales,
cum causa perfectior perfectiōrem producat effe-
ctum. Confirmatur: si plumbō addatur pars ligni,
au levioris alicuius materiae nihil de plumbi pon-
dere imminuit, sed auget potius, simulque cum illo
motu deorsum velociorem efficit; ergo similiter
principium naturale nihil de vi ac pondere actus
fidei detrahet, in modo momenti ei aliquid adjicit.

X.

*Actus fidel-
itatis, in
operando se
ad præmissa
naturalia
menstruam
accordat.*

Sed hoc argumentum, quamvis plausibile videa-
tur, nihil certificat; actus enim fidei, licet in se, seu
in effendo sit certissimum, in operando tamen ad alte-
rius præmissa modum se & mensuram accommo-
dat; unde, ut omnes fatentur, si conjungatur cum
præmissa probabili, conclusionem tantum efficiet
probabilem; ergo & conjuncta cum præmissa na-
turali evidente, tantam solūmodū certitudinem
in conclusionem transfundet, quanta est certitudo
præmissa naturalis, cum, ut docent Dialectici,
Conclusio sequatur debiliorē partem.

XI.

Ratio hujus à priori est, ut suprā etiam insinua-
vi: cum enim intellectus duo inter se connecti vi-
deat in conclusione, quia eadem cum tertio aliquo
connexa viderat in præmissis, non maiore firmi-
tate judicare poterit ea inter se conjungi, quām

cum illo tertio prius viderat conjuncta; & in qua-
cunque præmissa deficit hæc firmitas, eodem gra-
du deficit in conclusione, ut proximè vidimus in
actu probabili. Certitudo namque, ut dici solet,
est de genere boni, sive ex quocunque defectu de-
ficit.

Ad confirmationem dico, manifestam esse dis-
paritatem: gravitas enim in rebus istis corporeis
est ejusdem rationis & speciei, quamvis in subje-
ctis specie distinetis; sicut albedo in lacte, nive, &
cygno: cuius apertum indicium est, quod res quæ
minimum in se habent gravitatis, pluma ex. gr. ita
multiplicari possunt, ut rem ponderosissimam, ma-
gnam scilicet partem plumbi, in gravitate superent.
Secūs res se habet in ponderis argumentorum, &
rationum momenti: rationes quippe probabiles,
quantumvis multiplicantur, ad actus scientifici per-
fectionem non accidunt, nec principia naturalia
ad certitudinem actus fidei divinae.

Addé, actum fidei, & principium naturale,
qua sunt præmissæ conclusionis Theologicæ, non
esse de eodem objecto, sed una propositio diver-
sum semper affirmat ab alia, & utraque præmissa
sigillatim secundum suam veritatem concurrit: ut
in hoc & similibus syllogismis: *Omniū homo constat
ex materia & anima rationali: sed Christus est homo;*
ergo Christus constat ex materia & anima rationali.
In hoc discursu veritas, quæ affirmitur in minore,
diversa est ab illa quæ affirmitur in majore; & utraque
veritas gignit in mente veritatem in conclusio-
ne contentam, quæ cā tantum certitudine infertur,
quam habet præmissa minus certa. Sicut catena,
qua inter plures annulos ferreos unum haberet li-
gneum, simpliciter dici nequit firmior, quām sit
annulus illi ligneus, ut constat, nec vim maiorem
sustinere potest quām sit hujus annuli firmitas.

Quoad tertium, Theologia scilicet præstan-
tian: imprimis excedit alias omnes scientias in ob-
jecto, cū de Deo auctore, non naturali tantum
agit, sed supernaturali, rebusque supra humanz
mentis captum, ac tota in iis declarandis versetur.
Quem verò gradum certitudinis habeat respectu
aliarum scientiarum, hujus decursu sectionis est
declaratum. Certum verò est, Theologiam ab
omnibus scientiis excedi in claritate.

SECTIO UNDECIMA.

*Sitne Theologia speculativa,
an practica.*

NO TANDUM ex disp. io. Logice, sec. pri-
ma, in eo scientiæ practicæ naturam fitam
esse, ut repræsentet rem operabilem ut operabilem
à cognoscente, seu, ut modum eam faciendi ostendat
&, ut verbo dicam, est principium intellectuale
le sufficiens ad dirigendam potentiam ad effectio-
nem objecti, quod per actum illum repræsentatur.
E contra, scientiæ speculativa illa est, qua non re-
præsentat objectum factibile à cognoscente, sive
in illius contemplatione sicut, nec ad ejus effectio-
nem dirigit: qua fusis declarata sunt in Logica,
loco citato. Hoc positio,

Dico primò; Theologia prout circa primarium
suum objectum versatur, nempe Deum, est pure
speculativa. Ita S. Thomas hic, q. 1. art. quarto,
& Theologi communiter. Ratio est clara: Deus
enim, omnino factibilis seu producibilis non est:
ergo cognitio, quæ de illo habetur, non potest
esse practica.

Dices

*Certi-
tudo
conclu-
sionis
Theologica
quam pra-
missam se-
quatur.*

*XII.
Diver-
sitas
in operando
inter res in-
tellectuales
& non in-
tellectuales.*

*XIII.
Diver-
sitas
semper obje-
ctum conti-
netur in una
præmissa,
quam in
alia.*

*XIV.
Deprestan-
tia Theo-
logie.*

*L
Quid sit esse
practicum,
quid specu-
lativum.*

*M
Circa pri-
marium
suum obje-
ctum Theo-
logia ver-
tur specula-
tur.*

III.
Theologia
non inde est
practica,
quod exci-
tare possit ad
Deum aman-
dum.

Dices: Actus Theologici, quibus quis Deum cognoscit, variasque ejus perfections & Attributa dilectuendo pervestitat, excitare possunt ad Deum amandum, ergo sunt practici, cum ad operationem ordinantur. Sed contra: hoc enim ad summum probat, actus hucus Theologicos esse practicos respectu amoris, non respectu Dei, respectu cuius, nullus actus, ut dixi, esse potest practicus, cum Deus produci nequeat.

IV.
Viterius offe-
ditur, hos
natus Theo-
logicos non
esse practi-
cos.

Contra secundum: nec respectu amoris sunt hi actus practici: actus quippe practicus, ut communis habet Philosophorum sententia, is solus est, qui ad objectum à se representant effectuē ordinatur; amor autem Dei per hos actus non representatur, sed solus Deus. Nec ullus dixit, premisas esse practicas respectu conclusionis, licet ad illius productionem ordinantur, quia scilicet actum illum conclusionis non representant. Alioqui nullus omnino actus intellectus erit speculativus, cum nullus sit, qui anorem, odium, vel aliquem animi affectum circa objectum à se representant excitare nequeat. Et eodem modo impugnantur ii, qui idcirco actus Theologicos Deum representantes, practicos esse volunt, quod ad illius per visionem beatificam consecutionem ordinantur. Idem etiam est de actibus Theologicis, qui circa Angelos versantur, & universelis de iis omnibus, qui representant objecta à cognoscente non factibilia; sunt enim pure speculativi.

Cognitio
Angeli est
speculativa.

V.
Theologia,
prout tra-
ctat de vir-
tutibus, est
practica.

Dico secundum: Theologia prout agit de actibus virtutum, modōque eos exercendi, & vita vitandi, est practica. Quod minorem difficultatem etiam respectu virtutum infusarum, habet in nostra sententiā, qui suprā, sect. 8. Conclusionem Theologicam esse diximus supernaturalem. Probatur conclusio: illi actus sunt practici, qui representant objectum operabile à cognoscente: Sed actus Theologici, qui circa virtutes, earumque exercitium versantur, representant objectum operabile à cognoscente, cum penes quemque sit eas exercere, si velit: Ergo.

VI.
Obstenditur
ulterius quo-
pacto Theo-
logia in qui-
busdam sit
practica.

Quod melius intelligetur, si ad particulares quoddam virtutum actus descendamus. In hoc ergo discursu Theologico, *Quicquid Deus dicit amari debere, est amandum; sed Deus dicit se amari debere, Ergo est amandus: non video cur haec conclusio aquae excitare hominem ad amorem Dei non possit, atque actus prudentiae, quo quis immediate diceret, Deus est amandus, cum idem utroque sit objectum, & tota differentia est, quod unus actus sine discursu habeatur, alter per discursum.* Idem est de aliis virtutibus, de quibus simili formā confici possunt discursus Theologici: Exempli gratiā, *Quicquid Deus dicit coli debere, est colendum. Sed Deus dicit parents coli debere: Ergo sunt colendi. Sic codem modo pro praeciptis negavimus: A quocunque Deus dicit abstinentiam esse, debent homines abstinere: sed Deus dicit abstinentiam esse à falso testimonio, falso fornicatione, homicidio, &c. Ergo ab iis debent homines abstinere.*

Exempla
varia actū
Theologico-
rum circa
virtutes
morales.

Dices: pro aliquo priori ad Conclusiones hasce Theologicas est semper principium intellectuale sufficiens ad virtutum productionem, actus scilicet fidei, qui unus est ex premissis, ut in predicto syllogismo conflat, *Quicquid Deus dicit amari debere, est amandum: Sed Deus dicit se amari debere: Ergo est amandus: Actus ille, Deus dicit se amari debere, antecedit Conclusionem Theologicam, Ergo Deus est amandus: & idem est de illis aliis Conclusionibus Theologicis, Ergo colendi sunt parentes, Abstinentiam est à falso, homicidio, &c. Ergo actus*

R.P. Comptoni Theol. Schol. Tom. I.

Theologici nunquam possunt ad hujusmodi virtutum exercitium concurrere, cum ab actibus Fidei præveniantur.

Contra: licet namque hi actus fidei sufficientes sint ad virtutum istarum exercitium, non tamen *Actus Theo-
logici semper homines ad eas exercendas excitant: quo-
enam, quantunq[ue] judicent, Deum dicere se esse
amandum, colendos esse parentes, &c. non tamen
hac propterea præstant: ergo adhuc locus est
actui inde deducitur, ut ad amorem Dei, & pietatem erga parentes exciter.*

Aliqui ergo actus Theologici sunt speculativi, alii practici, alii speculativi simul & practici, qualis est actus ille supra positus, *Deus est amandus, qui respectu Dei est speculativus, respectu amoris, practicus, utpote ad quem eliciendum, cognoscendum dicit. Unde & partiales Theologizæ habitus, actuum à quibus generantur, naturam induunt, & sicut actus formaliter, ita ipsi efficienter sunt vel speculativi, vel practici, vel mixti, seu ad actus speculativos, vel practicos, vel mixtos, simul scilicet speculativos & practicos eliciendum ordinati. Videatur Disputatio decima Logicae, præcepit sec. 5. ubi hæc fusius pro omni scientia sunt discussa.*

IX.

*Nonnulli
actus i heo-
logicos simul
sunt specu-
latores &
practici.*

*Id est Theo-
logia habitus
dicendus.*

SECTIO DUODECIMA.

Alia quedam inquiruntur circa natu-
ram Theologie.

Q UÆRES primò: utrum conclusio deducta ex duabus premissis de fide, sit actus Theologicus, an potius fidei. Hæc quæstio à variis pendet in tractatu de Fide disputandis, sine quibus vis potest commodè intelligi: ut, an fides esse possit discursiva, & aliis: quare ejus resolutionem cōmittere.

L
*Num actus
ex duabus
premissis fidei
deducatur, sit
Theologicus.*

Quæres secundò: quid sentiendum, quando in syllogismo aliquo utraque propositio, major scilicet & minor, est evidens: ut quando pro una premissa capitur veritas aliqua revelata, quæ tamen etiam lumine nature innotescit; ut, *Deus est, & dicens: deinde assumuntur principium naturale evidens: quæres, inquit, cum haec conclusio sit evidens, utrum sit Theologica. Miki fatis probabile videtur, si major illa propositio assumatur prout est evidens lumine nature, conclusionem ex his duabus premissis deducat, non spectare ad Theologiam, sed ad Metaphysicam. Secundò dico, si sit Theologica, effe diverse rationis ab actibus nostris Theologicis, qui nimur sunt obscuri, utpote ab altera semper premissa fidei procedentes. Idem de eo dicendum censeo, qui mysteriū revelati haberet evidentiam in attestante. De quo plura in materia de Fide.*

*Quid si sit
evidentia
in attestante.*

Quæres tertio: sitne Theologia nostra subalternata scientia Dei & Beatorum. Resp. non esse propriè iis subalternatam & simpliciter, sed impropriè tantum & secundum quid. Ratio prioris partis est, quia propria subalternatio, ut in libris de Anima, disp. 19. sec. 2. dixi, est, ut Scientia subalternata principia defumit à subalternante, quemadmodum, ut ibi ostendi, Medicina sua sumit à Physica; unde ortum est dictum illud, *Vbi definit Physicus, incipit Medicus: at Theologia nostra non omnino principia sua defumit à Scientia Beatorum; homines siquidem aquæ discurrere de rebus Theologicis possint, licet nullus esset Beatus? Imò nec principia defumit à Scientia Dei, sed à revelatione:*

III.
*At Theolo-
gia nostra
subalterna-
tur scientia
Dei, & Bea-
torum.*

B quoniamvis

TOMVS I. quamvis namque Deus revelare nihil possit, nisi quod novit, & hoc sensu Theologia nostra pendeat remotè à scientia Dei; istud tamen non est esse illi subalternatam: nec enim scientia Dei, sed actus fidei sunt Theologia nostra principia. Alioqui omnes omnino artes, ac disciplinae, scientia Dei subalternarentur, cum illa eadem multo perfectius noverit Deus, sive scientiarum omnium principia veluti scintillæ quædam ab infinito illo divina scientia sole ac luce derivata.

IV. Subalterna-
tio ratione
finis.

Nec ad propriam subalternationem sufficit, quod scientia aliqua ad alterius acquisitionem ordinetur, tanquam ad finem, (sicut Theologia dici posset ordinari ad visionem beatam, seu scientiam beatorum obtainendam) hoc enim si sufficeret, Logica omnibus scientiis esset subalternata, cum ad omnium acquisitionem ordinatur; quod tamen est in scholis inauditum. Non ergo alio modo scientia Dei & Beatorum subalternatur Theologia, quam quod objecta illa obscurè solimmodo cognoscat, quæ à Deo & beatis clarissimè percipiuntur: quæ est impropiissima subalternatio, ut constat.

V. Sitne Theo-
logia vocan-
da sapientia.

Quæres quartò: sitne Theologia vocanda sapientia? Resp. affirmativè cum S. Thoma hic ar. sexto: cum enīm præcipue ad sapientia notio-nem requisita conditions sint, ut & certissima sit, & altissimas rerum causas contempletur, Theologia jure meritissimo sapientia vocatur, utpote quæ & certissima est, ut ostendit, & in Dei, qui prima & universalissima est causa, tota versetur, quicunque rerum omnium, non efficiens tantum causam est, sed etiam finalis, quippe quæ ab ipso tanquam à principio oriuntur, & ad cundem velut ad ultimum finem tendunt. Ob hanc, inquam, causam vocari potest Theologia sapientia, quamvis minutiore quasdam & accidentales ab Aristotele lib. 6. Ethic. c. 4. & 7. ad sapientiam appellationem re quisitas conditions non sortiatur. Videatur Tannerus hic, d. 1. q. 2. dub. quinto.

VI. Theologia
non manet
in patria.

Quæres quintò: utrum Theologia habitus maneat in patria? Respondeatur, non manere. Ita Gabriel in 3. d. 31. qu. un. ar. 3. dub. 3. Valentia 1. parte, d. 1. q. 1. pu. 3. §. Quinto habitus Theologia, Molina hic, a. 3. d. 3. fine, Granado hic, d. 4. n. 4. & alii. Ratio est, quia, ut scit. decima ostensum est, Theologia habitus intrinsecè est obscurus, utpote quid ad actus obscuros elicendi ex natura sua ordinatur: ergo non manebit in patria, sicut ob eandem rationem in beatis non manebit habitus fidei, juxta illud Apostoli, 1. ad Corinth. 13. Cum venerit quod perfectum est, evanescat quod ex parte est.

VII. Non afferit
Sædi Patres
Theologiam
manere in
patria.

Nec nobis hac in re contrarii sunt Sancti Patres: in primis enim S. Hieronymus in Epist. ad Paulinum, fine, dum dicit, Discamus in terris quorū nobis scientia perseveret in calis, vult permanfuram quidem in patria earum rerum cognitionem, quam acquisivimus in via; non quod idem actus illic aut habitus permaneant, sed quod loco horum, qui sunt imperfecti; perfectiores alii sunt sufficiendi, sive quod plura quis in terris didicit, eò etiam plurimum, per se loquendo, illius intellectus cognitione, clariore tamen longè & nobiliore, in celis illustrabitur. Quod verò hac si mens S. Hieronymi exinde constat: in illa quippe Epistola de scientia loquitur, quæ ex sacra Scriptura lectione addiscitur: hanc autem manifestum est esse obscuram, & vel fidem ipsam, vel cum fide peculiarietate connexam; sivecum illa nata, una etiam cum illa intercidit. Eodem modo explicantur alii

Explicatio
dicti curuf-
dam S. Hie-
ronymi.

Patres, sicuti dicere videantur, scientiam, quam hic per Theologiam acquirimus de Deo, in patria permanere. Videatur P. Granado citatus, disp. illa 4. n. 7. & octavo.

VIII. Quid dicen-
dum, quan-
do altera
præmissa est
tanquam mo-
raliter cer-
ta.

Quæres sexto: utrum conclusio deducatur ex una præmissa de fide, & altera naturali; moraliter tantum certa, sit Theologica? Resp. affirmativè: si enim, quando præmissa naturalis est tantum probabilis, conclusio nihilominus est Theologica; multo magis quando est moraliter certa. In hoc autem casu, eam tantummodo conclusio habebit firmatum, quam præmissa naturalis permittit, eritque proinde hic actus minus certus quam conclusio, cuius præmissa naturalis est evidens; certior tamen illa que alteram præmissam habet merè probabilem.

SECTIO DECIMA-TERTIA.

De locis ex quibus Theologia sua princi-
pia deducit: ubi de diversis sacræ
Scripturæ sensibus.

I. Theologia
est scientia
disputatrix.

Theologia est scientia disputatrix, & in hoc cum aliis scientiis convénit, quod infarillarum discursu utatur, & ex præmissis conclusiones suas deducit: in principiis verò maximè ab iis differt, de quorum proinde natura & numero quædam hic adscribenda.

II. Maxima de
locis Theolo-
gicis inter
Auctores
diffensio.

Ad numerum ergo locorum Theologicorum quod attinet, seu rerum illarum capita, unde Theologus discursus sui principia defumit, maximam video inter Auctores discrepātiam. S. Thomas hic, q. 1. ar. 8. ad 2. quatuor assignat. Scripturam, au-
toritatem Patrum, dicta Philosophorum, & aliorum ex antiquis & prophanicis scriptoribus, ac demum rationem naturalem. Valentia hic, d. 1. q. 1. pu. 5. §. primo, septem numerat. Melchior Canus, quem refert & sequitur Vasquez hic, d. 12. c. 1. decem statuit, deque iis luculentur & eruditè disputat. Denique P. Tannerus hic disp. primâ, quæst. quintâ, dub. primo, numero tertio, yiginti diverfa capita seu locos recenset, ex quibus Theologus, veluti ex tot fontibus præmissis, seu principiis, accipit ad suas argumentationes formandas, conclusionesque deducendas.

III. Magna in
discursu
Theologico
principiorū
diversitas.

Ut clarius hac in re procedamus, recolendum quod supra, sectione primâ, numero tertio dixi; Conclusiones scilicet propriæ Theologicas esse mixtas, medioque se modo habere inter fidem divinam, & scientias naturales, de utrisque scilicet aliquid participando, atque à duplice principiorum genere, naturalium scilicet & supernaturalium, procedere.

IV. Loci ex qui-
bus obscura
Theologia
principia
promuntur.

Loci ergo unde obscura actuum Theologicorum principia defumuntur, sunt in primis Verbum Dei scriptum, & non scriptum, seu Scriptura sacra, & Traditiones communis omnium contentum acceptata, & jam inde à nascente Ecclesia per Patres & Doctores ad nostra usque tempora transmissa, atque à parentibus ad filios continuâ successione per manus quasi traditæ, semperque habita tanquam res à Deo dictæ, licet nullibi in Scripturâ facrâ continentur: qua de causa Verbum Dei non scriptum nuncupantur. Definitions item Conciliarium, & Summorum Pontificum, quæ maximum secum certitudinem adferunt. De quarum firmitate plura, Deo dante, dicentur in materia de Fide.

Loci

An Theologia probet sua principia. Sect.XIV. 15

V.
Loci unde
naturalia
Theologia
principia
desumuntur.

Loci verò seu fontes, ex quibus naturalia principia Theologiae promuntur, sunt primò ipsa Ratio naturalis, unde principia naturalia certa pro conclusionibus Theologicis certis proveniunt, & probabilita pro probabilibus. Loci præterea pro naturalibus Theologiae principiis sunt Philosophorum & Jurisconsultorum dicta, scriptorum prophaniorum, humanae historie authoritas, & id genus alia, ex quibus argumenta tantum probabilita, aut ad summum moraliter certa, deducuntur.

VI.
Sacra Scriptura sensum, quamvis non nullus ex Theologis de eo hic disputare videam, omnes tamen fatentur, rem hanc non ad Theologum, sed ad Sacrae Scripturae interpretem spectare; unde & multi Theologorum eam penitus omittunt: quare nec diutius ei inhaerendum censeo, sed quædam obiter solum attingenda.

VII.
Varii sacrae Scripturae sensus.

In primis itaque quemcumque sensum ferat locus aliquis Scripturarum, sive literalem proprium aut improprium, figuratum scilicet ac metaphoricum, sive spirituale, quem in *Tropologicum*, qui ad mores spectat, *Allegoricum* qui ad militantis, & *Anagogicum* qui ad triumphantis Ecclesiæ statum pertinet, dividunt plerumque authores cum S. Thoma hic, q. i. at. 10. Corpore: imò si locus aliquis duos habeat sensus literales, ut *Psalmo* 2. v. 7. *Filius meus es tu: & Isaiae* 53. v. 8. *Generationem ejus quis enarrabit;* quod & de eternâ & temporali Christi generatione literaliter exponi solet: quemcumque, inquam, ex hisce sensibus ferat locus aliquis Scripturarum, qua certitudine constat hunc esse illius loci sensum, eadem usurpari in argumentationibus potest, atque in discurso Theologico pro præmissâ assumi. Hoc pro instituto nostro sufficit: qui plura de variis sacrae Scripturae sensibus cupit, legat Valentiam hic d.i. q. i. punc. 5. §. 3. Vaquez hic, d. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. Tannerum hic, d. 1. q. 5. dub. 2. Arrigagni hic, d. 1. f. 6. quia etiam fusissimè tractat Salmeron To. 1. Prolegomeno 7. 8. 9. 10. 11. & duodecimo.

SECTIO DECIMA-QUARTA.

Vtrum ad Theogum spectet, probare sua principia, & argumenta contra fidem solvere.

I.
Principia
Theologia
duplicita.

Quo ad primam, recolendum quod jam sepius dictum est, præmissas Conclusionis proprie Theologicæ esse duplicis generis; actus scilicet Fidei divinae, & principia naturalia evidencia: de prioribus tantum procedit præfens questio: probare enim principia naturalia non spectat ad Theogum, sed ea ab aliis scientiis accipit.

II.
S. Thomas
quest. i. a. 8.
Corpo.

Quantum ergo ad actus Fidei, qui principia sunt conclusionum Theologicarum principia, S. Thomas negat ad Theogum spectare ut illos probet, sed tanquam res revelatas accipit, siisque inde discursum conficit. Ad quam quoque rem Salvianus, *Humana*, inquit, *dicitur argumentum & testibus agent, Dei autem sermo, ipse fibi testis est; quia necesse est, quicquid incorrupta veritas loquitur, incorruptum sit testimonium Veritatis.*

III.
Salvianus
1. de Vero
judicio, &
Providentia
Dei.

Hæc quidem offendunt, non esse necessarium ut Theogus principia sua, seu actus Fidei probet; quod & nihil aliud vult S. Thomas proximè citatus, non tamen videtur negari posse, quin etiam directè, hoc scilicet aut simili discurso id prestat possit: *Quicquid Deus dicit, est verum: Deus dicit,*

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

Verbum esse incarnatum, passum &c. ergo Verbum est incarnatum, passum &c. Et idem est de aliis Fidei articulis, qui simili discurso Theologico probari possunt; sicut nihil apud Theologos frequentius, quān ut unus Fidei articulus probetur per alium.

Si verò sermo sit de indirecta probatione mysteriorum fidei, ostendendo scilicet, illa esse evidenter credibile, seu per motivorum fidicopropositionem, demonstrando dignissima esse quibus ab omnibus habeatur fides, & ut suum iis intellectum submittant, res est multo clarior, communisque omnium orthodoxorum praxis.

Denique, posse fidei articulos exemplis & rationibus a rebus humanis ac naturalibus desumptis probari, & illustrari, nemini dubium est. Sic apud sanctos Patres ueritatisimum est, ut petitis à rebus creatis exemplis & rationibus, altissimum quæque fidei dogmata, ipsumque adeò Trinitatis mysterium eludent, mortaliumque captui utrumque accommodent. Hinc apostoli ad rem præsentem Ruperthus, cùm ad declarandam Eucharistiam, exemplum à rebus creatis & prophanicis desumptum attulisset, hæc subiungit: *Cognitur, inquit, talium in tanto negotio meminisse nugarum, & sagittantes parvulos repercutere sagittu parvulorum.*

Nec ex his quicquam negat S. Thomas, sed solum contendit, non posse articulos fidei claro aliquo & evidente argumento ostendi; sic enim fides esset clara, quod est contra ejus naturam, quæ nimis essentialem est obscura, utpote non nisi per revelationem habita.

Circa secundum in titulo propositum, possitne scilicet Theogus argumenta quæ contra fidem fieri possunt, dissolvere: de iis tantum fidei mysteriis est sermo, quæ lumine naturali cognoscine queunt, sed per solam revelationem; quæ enim lumine naturali innescunt, ut, *Deum esse, esse Deum Universi creare, administrare &c.* probari possunt, & argumenta contraria manifestè dissolvi, cùm de Dei existentia habeamus evidentiam, licet sit etiam articulus fidei. Unde non minus aperte argumenta contra hanc veritatem solvere potest Theogia, quān alia scientiæ diluere objectio-nes possunt contra se factas.

Argumenta itaque quæ adversus fidem propounderunt, cùm ea certum sit esse falsa, utpote contra veritatem facta, vel in forma peccant, vel in materia. Si vitium sit in forma, non minus evidenter solvi argumenta contra fidem possunt, quān quæ contra aliam quacunque veritatem proponuntur; quoad hoc quippe par omnium est ratio, cùm quæclarè defectus contra formam syllogisticam hac in re ostendi queat, quān in ulla alia materia.

Si verò contingat, defectum esse in materia, possunt quoque interdum evidenter à Theologo solvi; tunc scilicet, quando ejusmodi principium ab Heretico aut infidei assūmunt, quod constat esse falsum; ut, si sit contra lumen naturæ, aut quid simile. Omnia tamen principia quibus fides impugnatur, non sunt istiusmodi; quān enim sunt falsa, corum tantum falsitas non potest semper evidenter comprehendi. In hoc ergo casu solvi solum possunt hujusmodi argumenta evidenter negati, ut aiunt, hoc est, quānvis clarè ostendi nequeat falsitas principii ab infidei assūpti, prudentissime tamen judicamus, argumentum non convincere: unde absolute negamus propositionem contra fidem assūptam, simulque rationes ex motivis fidei adducimus, quibus ostenditur mysterium, quod hoc argumento impugnatur, esse evidenter credibile.

IV.
Quo pacto
principia sua
indirecte
probet Theo-
logus.

V.
Rationibus
naturalibus
juaderi pos-
sunt myste-
ria fidei.

Rupertus
lib. 6 in Joa.
circa finem.

VI.
Mens Sancti
Thomæ.

VII.
Positne
Theogus
argumenta
contra fidem
dissolvere.

VIII.
In duobus
peccare pos-
sunt argu-
menta con-
tra fidem.

IX.
Argumenta
omnia con-
tra fidem,
solvi possunt
evidenter
negati.

X.
Quid sit, sol-
vi aliquid
evidenter
negati.

TOMVS I. bile, seu dignissimum cui fides adhibeat, meritoque proinde judicari, falsum esse quicquid contra adducitur, nec posse quemquam huic argumento, quantumvis in speciem plausibili, assertari.

X.
*Argumenta
contra fidem
solvi ne-
queunt evi-
denter pos-
sunt.*

Non possunt tamen hæc argumenta solvi evidenter positivè: ita S. Thomas hic, art. 8. Cajet. ibid. Valentia 1. p. d. 1. q. 1. punct. 3. Vasq. 1. p. d. 11. c. 3. Granado 1. part. d. 9. n. 6. Tan. 1. part. q. 5. dub. 5. Arriaga 1. part. d. 1. sect. 8. n. 8. & alii. Ratio est; ut enim argumentum in materia peccans, directè & evidenter solvatur, debet oppositum, seu res impugnata evidenter ostendì: sed hoc fieri nequit, cum, ut supponimus, obscurè tantum, & per revelationem cognoscatur, alioqui fides esset clara, ejusque mysteria, contra Theologorum omnium sententiam, essent, non evidenter tantum credibilia, sed evidenter vera.

SECTIO DECIMA-QUINTA.

De Theologia Beatorum.

I.
*Cajetani &
aliorū qua-
rundam cir-
ca Theolo-
giam Bea-
torum opinio.*

DIX 1. supra, sect. 12. n. 6. Theologia habitum, quem hic in via acquirimus, non manere in patria, utpote qui obscurus cum sit, perfectissimo illi beatitudinis statu non congruit. Quare non rectè hic in parte philosophatur Bannez hic, q. 1. a. 2. dub. 3. secutus Cajet. ibid. Canus 1. 12. de locis Theologicis, c. 2. & alii nonnulli, qui nostrum habitum Theologiae manere dicunt in patria, accusque ibi claros & evidentes circa eadem objecta elicere, circa quæ hic actus elicuit obscuros; imò addunt Cajet. & Bannez, eundem numero acum qui in viatore est obscurus, posse in patria esse clarum. Sed, ut dixi, non rectè philosophantur; scientia quippe & fides plurimum inter se differunt, modosque tendendi habent diversissimos: unde, quod semel est tantum scientia, nunquam potest esse fides, nec è contraria; alioqui hic etiam in via posset idem actus successivè esse scientia & Fides, quod nullus dicit.

II.
*Status qua-
tionis.*

Quæstio ergo præfens est, non utrum Theologia, quam labore & studio in hac vita acquirunt homines, in iisdem, dum caelesti postea beatitudine fruuntur, perseveret: sed num de rebus, quas hic per Conclusiones Theologicas obscuras, utpote Fidei, ut diximus, innixas, cognoscunt imperfetè, num, inquam, de iisdem elicere in celo possint Conclusiones Theologicas claras, visioni scilicet beatificæ, tanquam alteri premisæ innitentes, ve-

ritatem videlicet unam ex aliâ clarè visâ deducendo.

P. Vasquez hic disp. 4. c. 4. negat ullam Theologiam, seu discursum de Deo, aut mysteriis fidei cadere in beatos posse: cum enim, inquit, clarè ipsi omnia, & immediate innescant, propriasque tibi inditas habeant eorum species, præcipit illis omnis discurrendi potestas: nec magis, ait ipse, possunt beati de rebus supernaturalibus discurrere, quām Angeli de naturalibus.

Secunda tamen & verior sententia affirmat Beatos, quantumvis Deum, resque supernaturales clarè cognoscant, posse nihilominus varios de iis discursus, unam scilicet veritatem ex aliâ clarè visâ deducendo, formare, Conclusionesque inferre verè Theologicas, diverse quidem rationis à nostris, cùm nostra ex alterâ semper premisâ obscurâ, hæc ex utrâque clarâ, procedant. Ita Scotus q. 3. Prolog. sub fin. q. 4. Molina q. 1. a. 1. d. 1. post pñm Conclu. Tannerus 1. part. d. 1. quæst. 2. dub. 3. n. 8. Arriaga hic d. 1. f. 2. subsec. 3. & alii.

Ratio est: cùm enim Beati vim discursivam, tanquam innatam animi virtutem & perfectionem etiamnum retineant (gratia si quidem naturam non defrui, multo minus eam defruct gloria) possint se pro libitu ad discurrendum Theologicè de rebus supernaturalibus applicare, ipsaque visione beatificâ tanquam alterâ hujus sui discursus premisâ uti, sicut hic in via utimur actu Fidei. Nec est cur quisquam hoc supervacaneum existimet, cùm etiam in Christo de eodem objecto varias stuant Theologi scientias, increasam, beatificam, infusam, experimentalē, &c.

Addit P. Arriaga citatus, n. 27, non omnia beatis esse explorata, ut, diem judicij, & alia quædam: Unde, inquit, de his propriissimè possunt discurrere, & ab una veritate in Deovisâ ad aliam non vim arbitratu suo mentem applicare. Addit n. 29, omnem beatotum cognitionem, etiam respectu objecti, quod representat, non esse comprehensivam, quare non est opus ut per illam cognitionem objecta omnia cognoscant, quæ cum illo habent connexionem: unde ex hoc etiam capite relinquitur locus discursui.

Tandem, cùm præter visionem beatificam habent Sancti in celo scientiam infusam, hæc similiter possunt tanquam premisâ uti ad discursus Theologicos eodem modo conficiendos, quo diximus de visione beatifica. Hæc de Proemialiibus sufficiunt: nonnulla enim, quæ cum tractatu de Fide peculiarem habent connexionem, cō remittant, suo scilicet loco disputanda.

III.
*Prima sen-
tentia negat
reperi in
Beatis Theo-
logiam.*

IV.
*Beati di-
scurrere pos-
sunt Theo-
logicæ.*

V.
*Declaratur
quo patet
Beati di-
scurrant
Theologicæ.*

VI.
*Alius mo-
dui expli-
candi Theo-
logicæ Bea-
torum dis-
cursum.*

VII.
*Discurrere
possunt Bea-
ti ex scien-
tia infusa.*

